This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

UNIVER[illegible]ENT
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LACTANTII FIRMIANI
EPITOME
DIVINARUM
INSTITUTIONUM
AD
PENTADIUM FRATREM.

Eam ex vetuſtiſſimo MSto TAURINENSI nuper editam recenſuit, & ſuis animadverſionibus illuſtravit, ac emendavit

JOANNES DAVISIUS,
Juris & Theologiæ Doctor,
C. R. C. M. C. E.

CANTABRIGIÆ,
TYPIS ACADEMICIS.

Sumptibus CORNELII CROWNFIELD, Celeberrimæ Academiæ Typographi. Proſtant apud *Jacobum Knapton*, *Rob. Knaplock*, & *Paulum Vaillant*, Bibliopolas LONDINENSES.
MDCCXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CELEBERRIMO JCto

SAMUELI MEDO,

VIRO

DOCTRINA, VIRTUTE,

CETERISQUE DOTIBUS OMNIBUS,

QUÆ VEL AMORE,

VEL HONORE, DIGNÆ SUNT,

INSTRUCTISSIMO,

CURAS HASCE LACTANTIANAS,

SUMMÆ SUÆ OBSERVANTIÆ

PIGNUS ET MONUMENTUM,

L. M. D. D. C.

JOANNES DAVISIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

S.

EPITOMEN Divinarum *ſuarum* Inſtitutionum *ab ipſo* Lactantio *factam fuiſſe docet* * Hieronymus; *ſed opuſculum illud, ut idem teſtatur, erat etiam tunc* ἀκέφαλον. *An tamen in Presbyteri Stridonenſis libro tam mancum fuerit, quàm Codices Typis impreſſi non ita pridem ferebant, haud ſane conſtat: his enim cuncta deerant* † *ad lib.* V. *Div. Inſt. cap.* 16. *adeoque, ſumma totius operis in tres partes diviſâ, duæ circiter earum non comparebant.*

Quum verò præclaram Sereniſſimi Siciliæ Regis Bibliothecam, quæ Taurini *eſt, paucis abhinc annis inviſeret vir Clariſſimus* Chriſtophorus Matthæus Pfaffius; *MStum reperit exemplar, quod annorum* MCC. *plus minus ætatem*

* In Catal. Scriptor. Eccleſ.
† Ad pag. 160. ed. noſtræ.

præ

Digitized by Google

præ ſe tulit, & Epitomen hanc Lactantianam (*exceptis duobus, quæ caſu quodam exciderant, foliis*) *integram repræſentavit. Hunc autem Theſaurum ſcriniis ſuis non continuit eruditiſſimus ille* Germanus; *ſed eum, curante celeberrimo* Nicolao Nourrio, *Pariſiis edidit, & nonnullis ornavit Emendationibus.*

Licet A. D. MDCCXII. *publici juris factus fuerit cultiſſimus hicce Libellulus; nobis tamen nuper admodum in manus venit; eoque ſemel & iterum perlecto, multa deprehendimus, quæ vel illuſtrare vel emendare poſſe videbamur. Huic igitur rei ſtrenuam, quoad temporis brevitas & aliorum negotiorum moles paterentur, operam dedimus; ac, ut ad eam ſuſcipiendam ſolâ litterarum juvandarum cupiditate ſumus inducti, ſatis amplum laboris exantlati fructum capiemus, ſi hoc velut* αὐτοσχεδίασμα *me nec prorſus* ἄστοχον, *nec in bonis Scriptoribus hoſpitem eſſe demonſtret.*

Erunt fortaſſe nonnulli, qui hanc

Epito-

Digitized by Google

Epitomen parvi faciendam eſſe cenſeant, quandoquidem exſtant ipſi Divinarum Inſtitutionum *libri. At libellus hicce plurima ſuppeditat, quorum in opere majore nullum prorſus eſt veſtigium. Prætereà tantus eſt in eo ſermonis nitor, cum grata brevitate conjunctus, ut me operam atque oleum perdidiſſe lubens ſim faſſurus, niſi peritis & æquis rerum æſtimatoribus maximè placuerit.* Vale.

Dabam a. d. IX. Kal. Mart.
MDCCXVIII.

Digitized by Google

ERRATA TYPOGRAPHICA, quæ vel in LACTANTII verbis, vel in meis animadverſionibus occurrunt, pauciſſima ſunt & emendatu facillima, ſi modo ex eorum numero demantur ſequentia.

PAG. 9. col. 2. lin. ult. *Theologos* leg. *Philoſophos.* Pag. 28. col. 1. lin. ult. *κατ' ἀναλογίαν dixeris; at refragantur Auctores.* Pag. 121. col. 1. lin. 5. *lib.* 1. leg. *libri.* Pag. 133. col. 1. lin. 2. νῦν ἐχ ὑπόστῇ.

Ea verò, quæ vel refingenda ſunt in notis, vel iis addenda, vide ſis ad libri calcem.

FIRMIANI LACTANTII
EPITOME
INSTITUTIONUM DIVINARUM
AD
PENTADIUM FRATREM.

QUANQUAM divinarum Inſtitutionum libri, quos jam pridem ad illuſtrandam veritatem [1] religionemque conſcripſimus, ita legentium mentes inſtruant, ita informent, ut nec prolixitas pariat faſtidium, nec oneret ubertas; tamen horum tibi Epitomen fieri, [2] PENTADI frater, deſideras; credo, ut ad te ſcribam, tuumque

1. Religionemque *conſcripſimus*] Sic rectè Cl. *Pfaffius*, cùm MS. *regionemque* perperam repræſentaret.

2. *Pentadi frater*] Ex hac appellatione, Pentadium *Lactantii* noſtri fratrem germanum fuiſſe non liquidò conſtat; nam tum temporis FRATER caritatis illius erat vocabulum, quâ ſe Chriſtiani mutuò complectebantur; ideoque *ſe promiſcè appellabant* FRATRES *&* *ſorores*, ut obſervat Cæcilius apud *Minucium Felicem* cap. IX. Adi ſis & *Deſ. Heraldum* ad *Tertulliani* Apol. cap. XXXIX.

Digitized by Google

que nomen in noſtro qualicunque opere celebretur. Faciam quod poſtulas, etſi difficile videtur ea, quæ ſeptem maximis voluminibus explicata ſunt, in unum conferre. [1] Fit enim totum, & minus plenum, cùm tanta rerum multitudo in anguſtum coarctanda ſit, & brevitate ipſa minus clarum, maximè cùm & argumenta plurima & exempla, [2] in quibus lumen eſt probationum, neceſſe ſit præteriri; quoniam tanta eorum copia eſt, ut vel ſola librum conficere poſſint. Quibus ſublatis, quid poteſt utile, quid apertum videri? Sed enitar, quantum res ſinit, & diffuſa ſubſtringere, & prolixa breviare; ſic tamen, ut neque res ad copiam, neque claritas ad intelligentiam deeſſe videatur in hoc opere, quo in lucem veritas protrahenda eſt.

CAPUT

1. Fit *enim totum*] Omninò legendum, *fiet enim totum.*

2. *In quibus lumen eſt probationum*] Quibus argumenta fiunt clariora & ad perſuadendum Lectorem magis idonea. Eodem ſenſu *Figuræ* Rhetoribus dicuntur *orationis Lumina.* Vide *Quinctilianum* Inſt. Orat. lib. IX. cap. 1.

3. *Sic temperata eſſe univerſa, ut non modo*] *Ut* non exſtat in MSto, & id addidit Cl. *Pfaffius*, quòd ſenſui com-

CAPUT I.

PRIMA incidit quæſtio, ſitne aliqua providentia, quæ aut fecerit aut regat mundum. Eſſe, nemini dubium eſt; ſiquidem omnium ferè Philoſophorum, præter ſcholam Epicuri, una vox, una ſententia eſt, nec fieri ſine artifice Deo potuiſſe mundum, nec ſine rectore conſtare. Itaque non ſolùm à doctiſſimis viris, ſed & omnium mortalium teſtimoniis ac ſenſibus coarguitur Epicurus. Quis enim de providentia dubitet, cùm videat cœlos terramque ſic diſpoſita, [3] ſic temperata eſſe univerſa, ut non modò ad pulchritudinem ornatumque mirabilem, ſed ad uſum quoque hominum, cæterorumque viventium commoditatem aptiſſi-

complendo neceſſarium judicaret. Eadem mihi ſtat in animo ſententia, niſi quod, ejus ſede mutatâ, locum ſic legerem, *cùm videat cœlos terramque ſic diſpoſita, ſic temperata eſſe, ut univerſa non modo* &c. Illa vocula per compendium ſcripta facile fuit abſorpta, cum ſequens ab eâdem litterâ duceret initium. *Cœlos* autem & *terram* pro rerum univerſitate paſſim ſumi, neminem fugit. Vide modo Geneſ. I, 1.

aptiſſimè convenirent? Non poteſt igitur, quod ratione conſtat, [1] ſine ratione cœpiſſe, quoniam certum eſt eſſe providentiam.

CAPUT II.

SEQUITUR alia quæſtio, utrumne Deus unus an plures, quæ quidem [2] multum habet ambiguitatis. Diſſentiunt enim non modo ſinguli inter ſe, verùm etiam populi atque gentes. Sed qui rationem ſequetur, intelliget nec Dominum eſſe poſſe niſi unum, nec Patrem niſi unum. Nam ſi Deus, qui omnia condidit, & idem Dominus, & idem pater eſt, unus ſit, neceſſe eſt, ut idem ſit caput idemque fons rerum. Nec poteſt aliter rerum ſumma conſiſtere, niſi ad unum cuncta referantur, niſi unus teneat gubernaculum, niſi unus fræna moderetur, regat-

que

1. *Sine ratione cœpiſſe, quoniam certum eſt*] Loci ſenſus ineptâ diſtinctione turbatus eſt. Eum igitur ſic interpungas velim: *ſine ratione cœpiſſe*. Dein caput ordiatur ſecundum: *Quoniam certum eſt eſſe providentiam, ſequitur alia quæſtio* &c.

2. *Multum habet* ambiguitatis] Sic reponendum vidit

que univerſa membra, tanquam mens una. Si multi ſunt in examine apum reges, peribunt aut diſſipabuntur, dum [3] *Regibus inceſſit magno diſcordia motu:* ſi plures in armento duces, tam diu præliabuntur, donec unus obtineat: ſi multi in exercitu Imperatores, nec pareri poterit à milite, cùm diverſa jubeantur, nec ab iis ipſis unitas obtineri, cùm ſibi quiſque pro moribus conſulat. Sic in hâc mundi Republica niſi unus fuiſſet moderator, qui & conditor, aut ſoluta fuiſſet omnis hæc moles, aut [4] nec condi quidem omnino potuiſſet. Præterea in multis non poteſt eſſe totum, cùm ſinguli ſua officia, ſuas obtineant poteſtates. Nullus igitur eorum poterit omnipotens nuncupari, quod eſt verum cognomentum Dei, quoniam id ſolum poterit, quod in ipſo eſt; quod autem in aliis, nec audebit attingere. Non Vulcanus [5] ſibi aquam

vidit Cl. *Pfaffius*, cùm *ambiguitas* ſit in MSto.

3. *Regibus inceſſit magno diſcordia motu*] Verſus eſt *Virgilianus* Georg. IV, 68.

4. Nec *condi quidem*] Leg. *ne condi quidem*, prout flagitat Latinitatis ratio.

5. *Sibi aquam* vindicavit] Scribe *vindicabit*; nam *verba futuri temporis* & antecedunt & ſubſequuntur.

 1. *Qui*

Digitized by Google

aquam vindicavit, aut Neptunus ignem, non Ceres artium peritiam, nec Minerva frugum, non arma Mercurius, nec Mars lyram, non Jupiter medicinam, nec Aſclepius fulmen: facilius illud ab alio jactum ſuſcipiet, quàm ipſe torquebit. Si ergo ſinguli non poſſunt omnia, minus habent virium, minus poteſtatis: is autem Deus putandus eſt, [1] qui poteſt totum, quam qui de toto minimum.

CAPUT III.

UNUS igitur Deus eſt, perfectus, æternus, incorruptibilis, impaſſibilis

1. *Qui poteſt totum,* quàm *qui de toto minimum*] Codicem MStum ſum, ſecutus, cujus lectionem malè mutavit Cl. *Pfaffius*; edidit enim, *qui poteſt totum,* NON *qui de toto minimum.* Senſus eſt is, quem ſic extulit *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. III, 7. *Virtutis autem perfecta natura in eo* potius *eſt, in quo totum eſt,* quam *in eo, in quo pars exigua de toto eſt.* Locum igitur ſic accipe, quaſi ſcripſiſſet noſter; *is autem Deus putandus eſt, qui poteſt totum,* potius quàm *qui de toto minimum.* Sanè *potius* crebrò ſubauditur; id quod multis docuimus ad *Minucii Felicis* cap. V. pag. 32.

2 *Orpheus principalem Deum dicit, qui cœlum* &c.] Sub

Digitized by Google

bilis, nulli rei poteſtative ſubjectus, ipſe omnia poſſidens, omnia regens, quem nec æſtimare ſenſu valeat humana mens, nec eloqui lingua mortalis. Sublimior enim ac major eſt, quàm ut poſſit aut cogitatione hominis aut ſermone comprehendi. Denique, ut taceam de Prophetis unius Dei prædicatoribus, Poëtæ quoque & Philoſophi & Vates teſtimonium ſingulari Deo perhibent. [2] Orpheus principalem Deum dicit, qui coelum ſolemque cum cæteris aſtris, qui terram, qui maria condiderit. Item noſter Maro ſummum Deum [3] modò ſpiritum, modò mentem nuncupat, eamque velut in membris infuſam totius mundi corpus agitare

Sub *Orphei* nomine fertur, inter alios, hic verſus à veteribus Chriſtianis paſſim laudatus,

> Εἷς ἔστ᾽ αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.

Ejuſdem dicuntur & hi:

> Οὐρανὸν ὁρκίζω σε Θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
> Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, τὴν φθέγξατο πρῶτον,
> Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

Vide modo *Juſtinum* Martyrem Cohort. ad Græc. cap. XV. & de Monarch. Dei cap. III.

3. *Modo ſpiritum, modo mentem* &c.] Reſpicit noſter ad Æn. VII, 726. ſeqq. Vide *Lactantium* de Ira Dei cap. XI.

tare; item [1] Deum per profunda cœli, per tractus maris terrarumque diſcurrere, atque ab eo univerſas animantes trahere vitam. Ne Ovidius quidem ignoravit à Deo inſtructum eſſe mundum, [2] quem interdum opificem rerum, interdum mundi fabricatorem vocat.

CAPUT IV.

SED veniamus ad Philoſophos, quorum certior habetur auctoritas, quàm Poëtarum. [3] Plato monarchiam adſerit, unum Deum dicens, à quo ſit mundus inſtructus, mirabili ratione perfectus. Ariſtoteles auditor ejus unam eſſe mentem

1. *Deum per profunda cœli*] Vide Georg. IV, 221. Hos autem verſus, ut & priores laudant *Minucius Felix* Octav. cap. XIX. *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. V, 11. aliique.

2. *Quem interdum opificem rerum*] Adi Metam. lib. I, 79. & *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. V, 13.

3. Plato *Monarchiam*] Primam vocem, quæ deerat in MSto, Cl. *Pfaffius* adjecit. Optimè quidem. De Platonis verò ceterorumque Philoſophorum ſententiâ vide ſis *Minucium Felicem* cap. XIX. & *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. 5. Eorum uterque ſua debet *Ciceroni* N. D. lib. I. cap. 10. ſeqq.

4. Totius *ſummæ gubernatorem*] Sic rectè dedit Cl. *Pfaffius*; in MSto enim fuit *utius*, quæ vox eſt nihili, *Lactantius* lib. I. cap. III. 19. *Niſi unus fuerit, ad quem*

Digitized by Google

tem, quæ mundo præſideat, confitetur. Antiſthenes unum eſſe dicit naturalem Deum, [4] totius ſummæ gubernatorem. Longum eſt recenſere quæ de ſummo Deo vel Thales vel Pythagoras & Anaximenes antea, vel poſtmodum Stoïci, Cleanthes & Chryſippus & Zenon, vel noſtrorum Seneca, Stoïcos ſecutus, & ipſe Tullius prædicaverint, cùm hi omnes, & quid ſit Deus, definire tentaverint, nec ulli ſubjectum eſſe naturæ, [5] cùm ab ipſo ſit omnis natura generata. Hermes, qui ob virtutem multarumque artium ſcientiam Triſmegiſtus meruit nominari, [6] qui & doctrinæ vetuſtate Philoſophos anteceſſit, quique apud Ægyptios ut Deus

quem totius ſummæ *cura referatur.* Ac cap. V, 18. SUMMÆ TOTIUS *artificem* dixit. Nec aliter alibi.

5. *Cùm ab ipſo ſit omnis natura* generata] Reſpicit ad verba *Ciceronis* quæ leguntur lib. II. N. D. cap. 30. *Nulli igitur eſt natura obediens aut ſubjectus Deus; omnem ergò* REGIT *ipſe naturam.* Ea laudant & *Lactantius* lib. I. cap. 5. & *Salvianus* de Gub. Dei pag. 4. Unde forſan opinetur aliquis, haud incommodè reponi poſſe, *cùm ab ipſo ſit omnis natura* GUBERNATA. Nihil tamen immutandum, ſiquidem creandi vel faciendi vis, *generandi* verbo ſit attributa. Noſter Div. Inſtit. lib. I. cap. VII, 2. *Nec enim poteſt ab ullo eſſe generatus, qui ipſe univerſa generavit.* Similiter γεννᾷν, ποιεῖν & κτίζειν apud Græcos Theologos idem valent.

6. *Qui*

Deus colitur, majeſtatem [1] Dei ſingularis infinitis adſerens laudibus, Dominum & Patrem nuncupat, eumque eſſe ſine nomine, quòd proprio vocabulo non indigeat, quia ſolus ſit, nec habere ullos parentes, quia ex ſe & per ſe ipſe ſit. Hujus ad filium ſcribentis exordium tale eſt: [2] *Deum quidem intelligere difficile eſt, eloqui verò impoſſibile, etiam cui intelligere poſſibile eſt; perfectum enim ab imperfecto, inviſibile à viſibili non poteſt comprehendi.*

CAPUT

6. *Qui & doctrinæ vetuſtate*] Procul dubio reſcribendum, *qui &* DOCTRINA ET *vetuſtate*; nam Triſmegiſtus hic Hermes *antiquiſſimus & inſtructiſſimus omni genere doctrinæ* nuncupatur lib. I. Div. Inſt. c. VI. 3.

1. *Majeſtatem Dei ſingularis infinitis* adſerens *laudibus,* Dominum *& Patrem nuncupat*] *Adſerere* quidem *Dei Majeſtatem,* Latinè dici poteſt; ſic enim noſter Inſt. lib. I. cap. VI, 4. *Majeſtatem ſummi ac ſingularis Dei* adſerit, *iiſdemque nominibus appellat, quibus nos,* Deum *& Patrem.* Ex hoc loco repone, DOMINUM *& Patrem.* Vide & ſupra cap. 2. Certè Deum *Dominum ac patrem* crebro vocat Pſeudo-Triſmegiſtus in adloc. ad Aſclepium. Adi pag. 87, 89. ed. Elmenh. At *majeſtatem Dei ſingularis infinitis* adſerens *laudibus,* mihi non placet. Potius dicerent Romani ſcriptores, *Majeſtati Dei ſingularis infinitas adſerens laudes.* Legendum credo, *Majeſtatem Dei ſingularis infinitis* EFFERENS *laudibus.* Et ea ſanè frequens eſt loquendi ratio.

2. *Deum quidem intelligere* &c.] Græca legi poſſunt apud *Cyrillum* contrà Julian. lib. I. pag. 31. Θεὸν

νοῆσαι

CAPUT V.

Superest de vatibus dicere. Varro decem Sibyllas fuiſſe tradit; primam de Perſis, ſecundam Libyſſam, tertiam Delphida, [3] quartam Cumæam, quintam Erythræam, ſextam Samiam, ſeptimam Cumanam, octavam Helleſpontiam, nonam Phrygiam, decimam Tiburtem, cui ſit nomen Albunea. Ex his omnibus [4] Cumanæ ſolius tres eſſe libros, qui

νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον, εἰ καὶ νοῆσαι δυνατὸν, (Leg. ᾧ καὶ νοῆσαι δυνατὸν, ut noſter, *etiam* cui *intelligere poſſibile eſt*; eoque modo laudat *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græc. cap. XLII.) τὸ γὰρ ἀσώματον σώματι σημῆναι ἀδύνατον, καὶ τὸ τέλειον τῷ ἀτελεῖ καταλαμβάνεσθαι οὐ δυνατόν. Melius apud *Stobæum* Serm. LXXVIII. pag. 466. ſcribitur καταλαβέσθαι οὐ δυνατὸν. Utcunque ſit, *Platonis* Timæum pag. 526. ed. Lugd. imitatur ſuppoſiticius iſte Triſmegiſtus.

3. *Quartam* Cumæam] MS. *Cimeam*. Leg. *Cimmeriam*, ut nonnulli Codices habent lib. I. Div. Inſt. cap. VI, 9. Certè Cumanæ ſine Cumææ Sibyllæ paullò poſt fit mentio; quapropter res ipſa poſtulat, ut diverſa ſit ea, quam quarto loco ponit *Lactantius*. Illa verò non alia fuit, quàm Cimmeria. *Iſidorus* Orig. lib. VIII. cap. 8. *Quarta* (Sibylla) *Cimmeria in Italia*. *Suidas* in Σίβυλλαι. Τετάρτη ἡ Ἰταλικὴ, ἡ ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας. Hæc abunde, quod volumus, probant,

4. Cumanæ *ſolius*] Cl. *Pfaffius* edidit *Cumææ ſolius*; ſed

qui Romanorum fata contineant, & habeantur arcani, cæterarum autem ferè omnium ſingulos extare haberique vulgò, ſed eos Sibyllinos velut uno nomine inſcribi; [1] niſi quod Erythræa, quæ Troïci belli temporibus fuiſſe perhibetur, nomen ſuum verum poſuit in libro, aliarum confuſi ſunt. Hæ omnes, de quibus dixi, Sibyllæ præter Cumæam, quam legi niſi à Quindecimviris non licet, unum Deum eſſe teſtantur, principem, conditorem, parentem, non ab ullo generatum, ſed [2] à ſeipſo ſatum, qui & fuerit à ſæculis, & ſit futurus in ſæcula, & idcircò ſolus coli debeat, ſolus timeri, ſolus à cunctis viventibus honorari. Quarum teſtimonia, quia breviare non poteram, prætermiſi, quæ ſi deſideras, ad ipſos tibi libros

ſed non erat cur à MSto recederet; à *Cumis* enim vel *Cumæus* vel *Cumanus* rectè dicitur. *Iſidorus* Orig. lib. VIII. cap. 8. *Septima* Cumana, *nomine Amalthea, quæ novem libros attulit Tarquinio Priſco* (vel, ut alii volunt, Superbo) *in quibus erant decreta Romana conſcripta.* IPSA EST ET CUMÆA---- *Dicta autem* CUMANA *à civitate Cumis, quæ eſt in Campania.* Vide ſis & *Claud. Salmaſium* Exerc. Plin. pag. 74. Quapropter in ſeqq. *Cumæam* aut *Cymæam* (ut MS.) eandem eſſe cum *Cumanâ* ſtatuendum.

1. *Niſi quod Erythræa*] Excidit particula rerum connexioni

Digitized by Google

bros revertendum eſt. Nunc reliqua perſequamur.

CAPUT VI.

HÆC igitur tot ac tanta teſtimonia liquidò perdocent, unum eſſe regimen in mundo, unam poteſtatem, cujus nec origo excogitari, nec vis enarrari poteſt. Stulti ergò, qui de concubitu natos putant Deos eſſe, cùm [3] ipſi ſexus & corporum copulatio idcircò mortalibus à Deo data ſint, ut per ſobolis ſucceſſionem genus omne ſervetur. Immortalibus verò quid opus eſt aut ſexu aut ſucceſſione, [4] quos nec voluptas nec interitus attingit? Illi ergo, qui Dii putantur, quoniam & genitos eſſe tanquàm homi-

nexioni ſimul ac Latinitati neceſſaria. Leg. *Niſi* enim *quod Erythræa.* Ea vox, út fit, compendiariè ſcripta, non difficultèr excidit.

2. *A ſeipſo ſatum*] Ἀυτοφυῆ.

3. Ipſi *ſexus*] Ita MS. nec à Cl. *Pfaffio* edi debuit *ipſe ſexus*; nam illa vox, cum de maribus & feminis dicitur, efferri poteſt pluraliter. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. 1. capp. 8, & 16.

4. *Quos nec* voluptas] Sic benè Cl. *Pfaffius*, cùm *voluntas* eſſet in MSto. Hæ certè voces paſſim à Librariis confunduntur. Vide nos ad *Ciceronis* lib. I. N. D. cap. 14.

1. *Sed*

Digitized by Google

homines & procreaſſe conſtat, mortales utique fuerunt: [1] ſed Dii crediti ſunt, quòd, cùm eſſent Reges magni ac potentes, ob ea beneficia, quæ in homines contulerant, divinos poſt obitum honores conſequi meruerunt; [2] poſitiſque templis atque ſimulachris, memoria eorum tanquàm immortalium retenta eſt atque celebrata.

CAPUT VII.

SED cùm ſit omnibus ferè gentibus perſuaſum Deos eſſe; res tamen eorum

1. *Sed Dii crediti ſunt —ob ea beneficia* &c.] Hanc Ethnicæ ſuperſtitionis originem tradunt *Athenagoras*, *Lactantius*, & alii, quorum loca ſuppeditabunt Interpretes ad *Minucii Felicis* cap. XX. Ac olim quidem Perſæus *eos dixit eſſe habitos Deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa*, ut ait *Cicero* N. D. lib. I. cap. 15. *Jul. Firmicus* de Err. Profan. Relig. pag. 18. *Amat enim Græcorum levitas eos, qui ſibi aliquid contulerint, vel qui conſilio aut virtute ſe juverint, divinis appellare nominibus*. Bonos nempe viros, poſt fata, θεὺς ἀθανάτυς fore putabant. Cum verò beneficentia, laudum humanarum maxima jure cenſeatur, non mirum, ſi beneficos eo honore dignarentur. Vide ſis Aur. Carm. vſ. 71. *Tullium* Tuſc. lib. I. cap. 12. & lib. II. N. D. cap. 24. Quin & vivis hominibus, virtute florentibus, Θεῶν nomen impertiebantur. Hinc Iarchas Apollonio roganti τίνας ἀυτὺς ἡγοῖντο, reſpondit Θεὺς, ὅτι ἀγαθόι ἐσμεν ἄνθρωποι. Vide *Philoſtratum* lib.

rum geſtæ, quas tam Poëtæ quam Hiſtorici tradiderunt, homines fuiſſe declarant. Hercules per quæ tempora fuerit, quis ignorat, cùm idem & inter Argonautas navigaverit, &, expugnata Troja, [3] Laomedontem Priami Patrem ob perjurium interfecerit? Ab eo tempore paulò amplius, quàm mille & quingenti computantur anni. Hic ne natus quidem honeſtè traditur, ſed Alcmenæ adulterio [4] genitus, & ipſe vitiis genitoris addictus. Nec fœminis unquam nec maribus abſtinuit, orbemque totum non tam gloriæ

lib. III. cap. 18. Ac Apollonius ipſe Domitiano quærenti, τοῦ χάριν οἱ ἄνθρωποι Θεόν σε ὀνομάζουσιν; ὅτι πᾶς, inquit, ἄνθρωπος, ἀγαθὸς νομιζόμενος, Θεοῦ ἐπωνυμίᾳ τιμᾶται, ut tradit idem lib. VIII. cap. 5. Adeatur & ejuſdem libri cap. VII. §. 7.

2. Poſitiſque *templis*] MS. *poſitique*, quod ipſa conſtructio non admittit.

3. *Laomedontem—ob* perjurium *interfecerit*] Herculi ſcilicet immortales equos, quos pro Heſionæ filiæ ſalute promiſerat. Laomedon, negavit;

——*Tantique operis mercede negatâ*,
Bis PERJURA *capit ſuperata mœnia Trojæ*,

ut loquitur *Ovidius* Metam. XI, 214. Vide *Tzetzem* ad *Lycophronis* vſ. 34. & *Hyginum* Fab. LXXXIX.

4. *Genitus, & ipſe vitiis genitoris addictus. Nec fœminis*] Locus, cetera ſanus & integer, falſa diſtinctione contaminatur. Sic igitur interpunge, *genitus*; *& ipſe vitiis genitoris addictus, nec feminis unquam nec maribus abſtinuit*. Aliter oratio manca fit & imperfecta.

1. *Ob*

gloriæ quàm libidinis cauſa, nec tantum ad necandas belluas, quantum ad ſerendos liberos peragravit. Cumque eſſet invictus, ab una tamen Omphale triumphatus eſt, cui clava & ſpolio leonis tradito, indutus ipſe fœminea veſte atque ad pedes mulieris abjectus, penſa, quæ faceret, accepit. Idem poſtea inſtinctu furoris elatus, parvos liberos & uxorem Megaram trucidavit. Poſtremo ſumta Deianiræ conjugis veſte, cùm difflueret ulceribus, doloris impatiens, rogum ſibi in Oetæo monte conſtruxit, eoque ſe vivum cremavit. Sic efficitur, ut, etiamſi ob virtutem Deus credi potuiſſet, [1] ob hæc tamen homo fuiſſe credatur.

CAPUT

1. *Ob hæc tamen homo fuiſſe* CREDATUR] Flaccida prorſus ac debilis oratio, quis enim dubitet quin Hercules, homo fuerit, quùm talia pateretur? Leg. *Ob hæc tamen homo fuiſſe* CERNATUR, hoc eſt, clarè ſentiatur, & perſpicuè intelligatur.

2. Ob id *expoſitum*] Leg. *Abiis expoſitum*; cauſa enim, cur exponeretur, non fuit, quòd incertis parentibus natus eſſet; ſed eò incerti erant parentes, quòd exponeretur.

3. *A venatoribus* collectum] Idem valet ac *ſuſceptum*.

4. *Ictu* fulminis] Sic repoſui, cùm perperam legeretur *ictu fluminis*, nam *Æſculapius* FULMINE *percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris*, ut ait *Cicero* N. D. lib. III. cap. 22. Vide ſis & *Clementem* Alexandrinum Protr.

CAPUT VIII.

ÆSCULAPIUM Tarquitius tradit ex incertis parentibus natum, & [2] ob id expoſitum, atque [3] à venatoribus collectum, caninis uberibus educatum, Chironi in diſciplinam datum. Hic Epidauri moratus eſt, Cynoſuris, ut Cicero ait, ſepultus, cùm eſſet [4] ictu fulminis interemtus. Apollo autem Pater ejus non dedignatus eſt alienum gregem paſcere, [5] ut acciperet uxorem: & dilectum puerum cùm peremiſſet imprudens, [6] gemitus ſuos inſcripſit in flore. Marti, viro fortiſſimo, adulterii crimen non defuit,

Protr. pag. 8. Id etiam uno ore tradit Antiquitas, Vide *Pindarum* Pyth. III. 104. *Platonem* de Rep. lib. III. pag. 220. præcipuè verò *Sextum Empiricum* adverſ. Mathem. pag. 51.

5. *Ut acciperet uxorem*] Uxor hic pro Amaſio ponitur, qui muliebria pateretur; nam, ſecundum nonnullos, Apollo

—Ἐπ' Ἀμφρυσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

Verba ſunt *Callimachi* Hymn. in Apoll. vſ. 48. Vide & Scholiaſten ad *Euripidis* Alceſt. vſ. 2.

6. *Gemitus ſuos inſcripſit in flore*] Imitatur *Ovidium* Metam. X, 215.

Ipſe SUOS GEMITUS *foliis*
INSCRIBIT, &, *Ai, Ai,*
Flos habet inſcriptum.

De Hyacintho agitur, quem Apollo, diſco ludens, interfecit.

fuit, ſiquidem catenis cum adulterâ vinctus ſpectaculo fuit. Caſtor & Pollux [1] alienas ſponſas non impunè rapuerunt, [2] quos Homerus non poëtica ſed ſimplici fide mortuos ſepultoſque teſtatur. Mercurius, qui de ſtupro Veneris genuit Androgynum, Deus eſſe meruit, quia lyram reperit & palæſtram. Liber Pater, debellata India, victor, cùm Cretam forte veniſſet, [3] Ariadnen conſpexit in litore, quam Theſeus & violaverat & reliquerat. Tùm amore inflammatus, eam ſibi in conjugium ſociavit, & coronam ejus, ut Poëtæ ferunt, inter aſtra ſignavit. Mater ipſa poſt fugam & obitum viri cùm in Phrygia moraretur, vidua & anus [4] formoſum adoleſcentem in delitiis habuit, & quia fidem non præſtiterat,
ademtis

1. *Alienas ſponſas*] Phœben & Ilaïram, Ibæ & Lyncei ſponſas. Vide *Ovidium* Faſt. V, 699. & *Hyginum* Fab. LXXX.

2. *Quos Homerus*] Iliad. Γ, 243.

3. Ariadnen *conſpexit*] MS. *Arianam*. Leg. *Ariadnam* formâ Latinâ.

4. *Formoſum adoleſcentem* —*quia fidem non præſtiterat*] Cybele videlicet Attin, cum pellice deprehenſum, ſemivirum reddidit. Vide ſis, inter alios, *Lactantium* lib. I. cap. 17. & *Auguſtinum* C. D. lib. VI. cap. 7. Aliter alii rem narrant. Adi *Minucium Felicem* cap. XXI. & *Jul. Firmicum* de Error. Prof. Relig. pag. 7.

5. Se-

Digitized by Google

ademtis genitalibus, effæminavit. Ideò etiam nunc Gallis ſacerdotibus gaudet.

CAPUT IX.

CERES unde Proſerpinam niſi de ſtupro genuit? unde Latona geminos niſi ex crimine? Venus Deorum & hominum libidinibus expoſita, cùm regnaret in Cypro, artem meretriciam reperit, ac mulieribus imperavit, ut quæſtum facerent, ne ſola eſſet infamis. Ipſæ illæ virgines Minerva & Diana num caſtæ? Unde igitur proſilivit Erichthonius? Num in Terram Vulcanus [5] ſemen effudit, & inde homo tanquam fungus enatus eſt? Aut illa cur Hippolytum, [6] vel ad ſecretas ſedes, vel ad mulierem relegavit

5. Semen *effudit*] Cl. *Pfaffius* priorem vocem, quæ in MSto non comparet, ex conjecturâ dedit; ac meritò quidem.

6. *Vel ad ſecretas ſedes, vel ad mulierem* relegavit] Emendatio certiſſima; nam MS. *religavit*, quod ejeci. Reſpicit noſter ad illa *Virgiliana* Æn. VII, 774.

At Trivia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Egeriæ, nemorique relegat;
Solus ubi in ſilvis Italis ignobilis ævum
Exigeret, verſoque ubi nomine VIRBIUS *eſſet.*

Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. XVII. §. 15.

Digitized by Google

gavit, ubi ſolus inter ignota nemora ætatem ageret, &, jam mutato nomine, Virbius vocaretur? Quid hæc ſignificant, niſi inceſtum, quod Poëtæ non audent confiteri?

CAPUT X.

HORUM autem omnium rex & pater Jupiter, quem tenere in cœlo ſummam credunt poteſtatem, [1] quid habuit poteſtatis, qui Saturnum Patrem regno expulit, & armis fugientem perſecutus eſt? quid continentiæ, qui omnia libidinum genera exercuit? Nam idem Alcmenam Ledamque ſummis viris nuptas adulterio fecit infames, idem [2] pulchritudine pueri captus, venantem ac virilia meditantem, ad fæmineos uſus violenter abripuit. Quid virginum ſtupra com-

1. *Quid habuit* poteſtatis] Omninò legendum *pietatis*; nam *multum poteſtatis* habuit, qui Saturnum regno expulit, at *pietatis*, vel ergà patrem reverentiæ, nè minimum quidem.

2. *Pulchritudine pueri*] Ganymedis.

3. *Cur igitur* maximus optimus] Verbis tranſpoſitis legendum, *optimus maximus*. *Cicero* N. D. lib. II. cap. 25. Jupiter *dictus à majoribus*

commemorem, quarum multitudo quanta fuerit, filiorum numerus oſtendit? In una tamen Thetide abſtinentior fuit: erat enim prædictum, quòd is, quem paritura eſſet, major patre ſuo futurus eſſet. Pugnavit ergo cum amore, ne quis ſe major naſceretur. Sciebat ergo, ſe non eſſe perfectæ virtutis, magnitudinis, poteſtatis, qui, quod ipſe Patri fecerat, timuit. [3] Cur igitur maximus optimus nominatur, cùm ſe & peccatis contaminaverit, quod eſt injuſti ac mali, & majorem timuerit, quod eſt [4] imbecilli ac minoris,

Caput XI.

SED dicet aliquis ficta hæc eſſe à Poëtis. Non eſt hoc poëticum ſic fingere, ut totum mentiare, ſed ut ea, quæ geſta

majoribus noſtris optimus maximus, *& quidem antè* optimus, *id eſt, beneficentiſſimus, quàm* maximus. Adi ſis & *Lactantium* Div. Inſt. lib. 1. cap. X, 10.

4. *Imbecilli ac minoris*] MS. *imbecilli a minoris*; unde Cl. *Pfaffius* edidit, *imbecillis ac minoris*; nos autem plus, quam opus erat, à Codice non receſſimus; cùm *imbecillus*, non minus ac *imbecillis*, Latinè dicatur.

1. *In*

Digitized by Google

geſta ſunt, figura & quaſi velamine aliquo verſicolore prætexas. Hunc habet poëtica licentia modum, non ut totum fingat, quod eſt mendacis & inepti, ſed ut aliquid cum ratione commutet. [1] In imbrem ſe aureum vertiſſe dixerunt, ut Danaën falleret. Quis eſt imber aureus? Utique aurei nummi, quorum magnam copiam offerens, & in ſinum infundens, fragilitatem virginalis animi hâc mercede corrupit. Sic & imbrem ferreum dicunt, cùm volunt multitudinem ſignificare telorum. [2] Catamitum in aquilâ rapuit. Quæ eſt aquila? Legio ſcilicet, quoniam figura hujus animalis inſigne legionis eſt. Europam tranſvexit in tauro. Quis eſt taurus? Utique navis, quæ tutelam habuit,

1. *In imbrem ſe aureum vertiſſe dixêrunt*] Sic MS. Cl. autem *Pfaffius*, nulla neceſſitate ductus *Jovem* intruſerat, cùm ea vox facilè poſſit intelligi; de *Jove* enim in præcedentibus agitur. Similiter Div. Inſt. lib. I. cap. XI, 18. *Danaën violaturus aureos nummos largiter in ſinum ejus infudit.* At in MSS. *Cantab.* additur *Jupiter*, quod interpretantis Gloſſema meritò cenſetur.

2. *Catamitum*] Ganymedem. *Feſtus*. Alcedo *dicebatur ab antiquis pro halcyone; ut pro Ganymede Catamitus.* Ac iterum: Catamitum *pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.* Vide

habuit, tauri ſpecie figuratam. Sic Inachi filia non utique bos facta tranſnavit, ſed ejuſmodi navigio iram Junonis effugit, quod habebat bovis formam. Denique cùm in Ægyptum delata eſſet, Iſis eſt facta, cujus navigium certo quodam die in memoriam fugæ celebratur.

Caput XII.

Vides ergo, non omnia Poëtas [3] confinxiſſe, & quædam præfigurâſſe, ut, cùm vera dicerent, [4] aliquid tale numinis adderent iis, quos Deos eſſe [5] dicebant, ſicut etiam de regnis. Cùm enim dicunt Jovem Cœli regnum ſorte tenuiſſe, aut Olympum montem ſignificant,

Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. XI, 19, 29.

3. Confinxiſſe, ET *quædam præfigurâſſe*] MS. *confixiſſe*, quod rectè mutavit Cl. *Pfaffius*. Deinde verò ſenſus poſtulat, SED vel AT *quædam præfiguraſſe*.

4. *Aliquid* tale *numinis*] Huic loco *tale* non convenit; quapropter aut omninò delendum eſt, aut legendum, *aliquid* ſimile *numinis*. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. XI, 34.

5. *Dicebant*, ſicut *etiam de Regnis. Cum enim dicunt*] Interpunctione mutatâ, lubens ſcriberem *dicebant*. SIC FIT *etiam de regnis; cum enim* &c.

Digitized by Google

cant, in quo Saturnum, & Jovem poſtmodum, habitaſſe veteres hiſtoriæ produnt, aut partem Orientis, quæ ſit quaſi ſuperior, quòd inde lux naſcitur; Occidentis autem velut inferior, & ideo Plutonem inferos eſſe ſortitum; mare verò ceſſiſſe Neptuno, quòd oram maritimam cum omnibus inſulis obtinuerit. Multa ſic Poëtæ colorant, quod qui neſciunt, tanquam mendaces eos arguunt, verbo duntaxat. Nam re quidem credunt, quoniam Deorum ſimulacra ſic fingunt; ut, cùm mares ac fæminas faciant, & alios conjuges, alios parentes, alios liberos fateantur, 1 Poëtis utique aſſentiunt: hæc enim ſine coïtu & generatione eſſe non poſſunt.

CAPUT XIII.

SED omittamus ſane Poëtas. Ad hiſtoriam veniamus, quæ ſimul & rerum

1. *Ut* —— *Poëtis utique* aſſentiunt] Leg. *aſſentiant*, quod Latini ſermonis ratio poſtulat. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. XI, 29.

2. *In Latinam*] Subaudi, vel ſupple, *linguam*.

3. *Hæc ut ſcripta ſunt, Jovis fratrumque ejus ſtirps atque cognatio* —— traditum eſt] Leg. *tradita eſt*. Eadem verba ſunt apud noſtrum Div. Inſt. lib. I. cap. XIV, 6. &, *Enniana* cum ſint, pro *Lactantianis*

rum fide & temporum nititur vetuſtate. Euhemerus fuit Meſſenius, antiquiſſimus ſcriptor, qui de ſacris Inſcriptionibus veterum templorum & originem Jovis, & res geſtas omnemque progeniem collegit, item cæterorum Deorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, ſepulchra etiam perſecutus eſt. Quam hiſtoriam vertit Ennius [2] in latinam, cujus hæc verba ſunt: [3] *Hæc ut ſcripta ſunt, Jovis fratrumque ejus ſtirps atque cognatio, in hunc modum nobis ex ſacra ſcriptione traditum eſt.* Idem igitur Euhemerus Jovem tradit, cum quinquies orbem circumiviſſet, & amicis ſuis atque cognatis diſtribuiſſet imperia, legeſque hominibus, multaque alia bona feciſſet, immortali gloria memoriaque affectum ſempiterna, in Cretâ vitam commutaſſe, atque ad Deos abiiſſe; & [4] ſepulchrum ejus eſſe

tantianis perperam habentur.

4. *Sepulcrum ejus eſſe in Creta, in oppido Gnoſſo*] Hinc ii temeritatis & erroris arguuntur, qui apud *Lactantium* lib. I. cap. XI, 46. ubi res agitur eadem, voces *in Cretâ* delendas cenſent. Hiſtoriam autem ipſam falſam pronunciant *Callimachus*, (cujus vide Scholiaſten ad Hymn. in Jovem vſ. 8.) & *Lucanus* lib. VIII. fin. Adi tamen *Lucianum* de Sacrif. Tom. I. pag. 367. ne ſcriptores memorem alios.

1. *In*

eſſe in Creta, in oppido Gnoſſo, & in eo ſcriptum antiquis litteris Græcis ZAN KPONOY, quod eſt Jupiter Saturni. Conſtat ergo ex iis, quæ retuli, hominem fuiſſe, [1] in terramque regnaſſe.

CAPUT XIV.

TRANSEAMUS ad ſuperiora, ut originem totius erroris deprehendamus. Saturnus Cœlo & Terrâ traditur natus. Hoc utique incredibile eſt. Sed cur ita traditur, ratio certa eſt, quam qui ignorat, tanquam fabulam reſpuit. Saturni Patrem Uranum fuiſſe vocitatum, & Hermes auctor eſt, & ſacra hiſtoria docet. Triſmegiſtus paucos admodum fuiſſe cùm diceret perfectæ doctrinæ viros, in iis [2] cognatos ſuos enumeravit, Uranum, Saturnum, Mercurium. Euheme-

1. *In* terramque *regnâſſe*] Leg. *in terraque*; ſic enim loquuntur ſcriptores Romani. *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. c. XI, 44. *Jovem ex rebus geſtis & ex moribus hominem fuiſſe*, in terraque regnaſſe *deprehendimus*. Ac cap. XIII, 11. *Saturnum* in terra *& apud homines regnaſſe* commemorat. Vide & §. 14.

2. *Cognatos ſuos* enumeravit] Leg. *numeravit*, ut efflagitat Latini ſermonis ratio. Vide noſtrum Div. Inſt. lib. I. cap. XI. 61.

3. *In* terram *regnaſſe*] Idem, quod paullò ante notavi-

hemerus eundem Uranum primum [3] in terram regnâſſe commemorat his verbis: *Initio primus in terris imperium ſummum [4] Cœlus habuit, id regnum una cum fratribus ſuis ſibi inſtituit atque paravit.*

Heic in Cod. MS. plura deficiunt: duo certè, ut arbitror, folia. Nec vox PARAVIT *tota extat, ſed ſolùm* PARA *ſub finem paginæ.* Sequitur: hominum ſtultam benevolentiam & errorem divinitas attributa ſit.

CAPUT XX.

DIXI de religionibus, quæ ſunt communes omnium gentium. Dicam nunc de Diis, quos Romani proprios habent. Fauſtuli conjugem Romuli [5] Remique

tavimus, recurrit mendum. Leg. *in* terra *regnâſſe*.

4. Cœlus *habuit*] In editionibus *Lactantii* lib. I. cap. XIII. 14. ubi hæc verba proferuntur, Græcum nomen *Uranus* legitur. At ibi cum nonnullis MSStis reponendum *Cœlus habuit*, ut fidem facit hicce locus.

5. Remique *nutricem*] Sic rectè Cl. *Pfaffius*. MS. *rem. que*. Larentiam dicit, de quâ variorum ſcriptorum ſententias refert *Macrobius* Saturn. lib. I. cap. 10. Vide & *Plutarchum* Quæſt. Roman. pag. 272.

1. La-

mique nutricem, cujus honori [1] Larentinalia ſunt dicata, [2] vulgati fuiſſe corporis quis ignorat? Et idcirco Lupa nuncupata eſt, & in feræ ſpeciem figurata. Faula quoque & Flora meretrices erant, quarum altera Herculis fuit ſcortum, ſicut Verrius tradit, altera cùm magnas opes corpore quæſiviſſet, populum ſcripſit hæredem, & ideò in honorem ejus ludi Floralia celebrantur. Tatius muliebre ſimulachrum in cloaca maxima repertum conſecravit, & Deam Cloacinam nuncupavit. Obſeſſi a Gallis Romani ex mulierum capillis tormenta fecerunt, & ob id Veneri Calvæ aram templumque poſuerunt; item Piſtori Jovi, quòd eos [3] monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem

1. *Lærentinalia*] MS. *Laurentinali.* Voluit Librarius *Laurentinalia.* Et hæc ſanè feſta, *Laurentalia*, ab Acca *Laurentia*, dicta tradit *Varro* L. L. lib. V. p. 48. Eam etiam *Λαυρεντίαν* vocat *Dionyſius Halicarnaſſeus* lib. I. cap. 84. Sed verior eſt altera ſcribendi ratio, quamvis à *Larentiâ Larentialia* dixeris at refragantur.

2. *Vulgati fuiſſe corporis quis ignorat? & idcirco Lupa nuncupata eſt*] Romulum tamen à vera Lupa fuiſſe nutritum, multi tradiderunt; ſententiam verò, quam noſter eſt amplexus, refert *Livius* lib. I. cap. 4. *Plutarchus* Romulo pag. 19. Οἳ καὶ (ἱστοροῦσι) τοὔνομα τῆς τροφοῦ δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτροπὴν τῇ φήμῃ παραχεῖν

Digitized by Google

panem facerent, & ſupra hoſtes jacerent: quo facto deſperantes Galli poſſe inopiâ Romanos ſubigi, ab obſidione diſceſſerant. Pavorem ac Pallorem Tullus Hoſtilius Deos fecit. Colitur & Mens, quam, credo, ſi habuiſſent, nunquàm colendam putaſſent. Honorem atque Virtutem Marcellus invenit.

CAPUT XXI.

SED & alios ejuſmodi commentitios Deos Senatus inſtituit, Spem, Fidem, Concordiam, Pacem, Pudicitiam, Pietatem, quæ omnia, cùm in animis hominum eſſe vera deberent, intra parietes falſa poſuerunt. Hos tamen, quamvis extra

ραχεῖν. ΛΟΎΠΑΣ γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας, καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας &c. Vide ſis & *Dionyſium Halicarnaſſeum* lib. 1. cap. 84. cujus (ut id moneam, quod ab aliis obſervatum non memini) reverà ſunt, quæ pro *Nicolai Damaſceni* verbis venditant excerpta *Peireſciana* pag. 462. ſeqq. ed. *Valeſ.* Adi, ſi placet, etiam *Conſtantinum Manaſſem* Synopſ. Hiſtor. pag. 63.

3. *Monuerat* in quiete, *ut ex omni fruge* panem *facerent*] Sic rectè *Pfaffius*, cùm MS. abſurde *pacem* repræſentaret. Somnii verò, cujus mentionem non faciunt *Livius* & *Florus*, meminit *Ovidius* Faſt. VI, 385.

1. *Ster-*

extra hominem in nulla ſint omnino ſubſtantia, mallem potiùs coli, quàm Rubiginem, quàm Febrem, quæ non ſacranda ſunt ſed execranda, quàm Fornacem cum ſuis Fornacalibus ſacris, quàm [1] Stercutum, qui fimo pinguefacere terram primus oſtendit, quàm Deam Mutam, quæ Lares genuit, quàm Cuninam, quæ cunis infantium præeſt, quàm Cacam, quæ ad Herculem de furto boum detulit, [2] ut occideret fratrem. [3] Quàm multa ſunt alia portenta atque ludibria, de quibus piget dicere? Terminum tamen non libet præterire, quia ne Jovi quidem Capitolino ceſſiſſe traditur, cùm lapis eſſet informis. Hunc finium putant habere cuſtodiam, eique publicè ſupplicatur, ut [4] *Capitolî immobile ſaxum*

1. *Stercutum, qui* fimo] *pinguefacere*] Sic edidimus; nam MS. abſurdè dat, *fumo pinguefacere*. Hunc verò Deum alii *Sterculum*, alii *Sterculium* nominant. At cum noſtro faciunt *Plinius* & *Iſidorus*. De eo vide *Servium* ad *Virgilii* Æn. X, 76.

2. *Ut occideret fratrem*] Cacum. Aliam famam memoriæ prodidêre cum alii, tum *Virgilius* Æn. VIII, 205. & ex eo *Albricus* de Deor. imag. cap. XXII. ac *Fulgentius* Mythol. lib. II. cap. 6.

3. *Quam multa* ſunt *alia*] Lego *quàm multa alia*, verbo *ſunt* deleto; hæc enim à ſuperioribus pendent, nec ab iis debent plenâ diſtin-

Digitized by Google

ſaxum Romani Imperii fines & conſervet [5] & proroget.

CAPUT XXII.

HAS omnes ineptias primus [6] in Latio Faunus induxit, qui & Saturno avo cruenta ſacra conſtituit, & Fatuam Faunam conjugem ſororemque inter Deos conlocavit, ac Bonam Deam nominavit. Deinde Romæ Numa, qui agreſtes illos ac rudes viros ſuperſtitionibus novis oneravit, ſacerdotia inſtituit, [7] Deos familiis gentibuſque diſtribuit, ut animos ferocis populi ab armorum ſtudiis avocaret. Ideo Lucilius deridens ineptias iſtorum, qui vanis ſuperſtitionibus

ſtinctione, ſed commate tantum ſeparari.

4. *Capitolî immobile ſaxum*] Sic leg. non *Capitolii*; ſunt enim *Virgilii Æn.* IX, 448.

5. Et *proroget*] *Et* in MSto non comparet; ſed eam voculam jure merito ſupplevit Cl. *Pfaffius*. Abſorpta nempe fuit, iiſdem litteris repetitis.

6. *In Latio — induxit*] Idem valet ac *in Latium*. Illam ſanè loquendi rationem non refugêrunt bonæ notæ ſcriptores. Vide *Th. Munckerum* ad *Hygini* Fabb. 50, 92.

7. *Deos familiis*] Particulam copulantem abſque cauſſâ ſontica præpoſuerat Cl. *Pfaffius*, quam nos, jubente MSto, delevimus.

1. *Terri-*

bus ſerviunt, hos verſus poſuit:

[1] *Terriculas lamias Fauni quas Pompiliique*
Inſtituere Numæ, tremit has, hic omnia ponit.
Ut pueri infantes credunt, ſigna omnia ahena
Vivere & eſſe homines; ſic iſti omnia ficta
Vera putant, [2] *credunt ſignis cor ineſſe in ahenis;*
Pergula pictorum, veri nihil, [3] *omnia ficta.*

Tullius quoque de natura Deorum [4] *commen-*

1. *Terriculas Lamias*] Cùm *Lactantii* Codices lib. 1. Div. Inſt. cap. 22. *Terricolas* præ ſe ferrent, *Terriculas* ex conjectura reponebat *Fruterius*; eum tamen haud audiebant viri eruditi. Sed, niſi fallor, Codicis hujuſcè *Taurinenſis* auctoritas eam dirimet litem; quam vel ſola ratio potuit componere. Quid enim? num Faunus & Numa *Terricolas Lamias* poterant inſtituere, quæ nunquam terras incolebant, ſed humani erant ingenii figmentum? Poterant autem de Lamiis ſeu Larvis opinionem ſerere, quaſi ſpiritus eſſent malefici, quo modo hominibus *terrorem* incuterent. Vide *Apuleium* de Deo Socratis pag. 336.

2. *Credunt ſignis cor ineſſe* in ahenis] MS. *inhaenis*, quæ quidem lectio manifeſtè ducit ad id, quod recepit Cl. *Pfaffius*. Editiones *Lactantii* lib. I. cap. 22. dant *cor ineſſe ahenis*; quod cum *Fr. Douza* durum videretur, repoſuit is ad

Digitized by Google

mentitios ac fictos Deos queritur inductos, & hinc extitiſſe *falſas opiniones, erroreſque turbulentos,* & *ſuperſtitiones penè aniles.* Quæ ſententia [5] eò debet gravior comparari, quòd hæc diſſeruit & Philoſophus & Sacerdos.

CAPUT XXIII.

DIXIMUS de Diis, nunc de ritibus ſacrorum culturiſque dicemus. Jovi Cyprio, ſicut Teucrus inſtituerat, humana hoſtia mactari ſolebat. Sic & Tauri Dianæ hoſpites immolabant, [6] Latiaris

ad *Lucilii* Fragm. pag. 60. CREDANT, *ſignis cor ineſſe* UT *ahenis.* At hanc conjecturam, inanem eſſe, demonſtravit ſpectatæ fidei Codex, quam ſequentur Inſtit. *Divinarum* editores poſteri.

3. *Omnia* ficta] MS. *picta,* quod rejeci, cùm *ficta,* non *picta,* veris opponantur. Sic & *Firmiani* noſtri Codices lib. I. cap. 22.

4. *Commenticios — aniles*] Vide lib. II. N. D. cap. 28.

5. *Eo debet gravior* comparari] Nullus equidem dubito, quin legendum ſit *computari,* quod eſt, æſtimari, cenſeri, judicari.

6. Latiaris *quoque Jupiter*] Sic MS. pro qua voce Cl. *Pfaffio* placuit *Latialis.* Quaſi verò *Latiaris* probi commatis non eſſet! *Minucius Felix* Octav. cap. XXI. *Cum* Latiaris, *cruore perfunditur.* Et cap. XXX. *Ab ipſis* Latiaris *Jupiter homicidio colitur.* Immò apud noſtrum Inſtit. Div. lib. I. cap. 21. legas oportet, *ſiquidem*

Digitized by Google

tiaris quoque Jupiter humano ſanguine propitiatus eſt. [1] Etiam ante Saturno ſexagenarii homines ex perſona Apollinis de ponte in Tiberim dejiciebantur. Et eidem Saturno Carthaginienſes non modo [2] infantes proſecrabant, [3] ſed victi à Siculis

culis

quidem Latiaris *Jupiter*, non *Latialis*, ut vulgg. alteram enim lectionem dedit Codex *Puteaneus*, cujus fidem ratam facit hicce locus. Vide *D. Lambinum* ad *Ciceronis* Orat. pro Milone cap. XXXI.

1. *Etiam ante* Saturno *ſexagenarii homines ex perſona Apollinis*] MSti lectionem reduximus, aberravit enim à conjecturâ Cl. *Pfaffius*, cui placuit *ante Saturnum*; cum velit auctor, non ante Saturni tempora, ſed Saturno, antequam Latiaris Jupiter humano ſanguine placaretur, homines in Tiberim dejici. Quid verò ſibi vult *perſona Apollinis*? Omninò legendum *ex* RESPONSO *Apollinis*, quod ſibi quoque videri Cl. *Joannes Walkerus* in ſermone familiari monuit. Noſter Div. Inſt. lib. I. cap. 21, *Saturnus in Latio eodem genere ſacrificii cultus eſt; — uti* (homo) *in Tiberim de ponte Milvio mitteretur. Quod ex reſponſo quodam factitatum, Varro auctor eſt, cujus* RESPONSI &c. In eo autem quod tradit noſter ex Apollinis reſponſo ſexagenarios homines Saturno miſſos fuiſſe, ducem ſequitur *Ovidium* Faſt. V, 623. ſeqq. ubi ait

Talia fatidici *dicta fuêre* Dei.

Fatidicus Deus eſt Apollo, *cui reliqui Dii conceſſiſſent, ut præter ceteros divinaret*, quemadmodum loquitur *Cicero* Tuſc. I, 47. Cave igitur, cum *Nic. Heinſio* legas, *fatidici Jovis*, licet Dodonæ, ubi Jovis fuit oraculum, fors ea dicatur edita. Vel enim memoria labi, vel alios auctores habere, potuit *Naſo*. Vide *Macrobium* Saturn. lib. I. cap. 7. & *Dionyſium Halicarnaſſeum* lib. I. cap. 19. apud quos integrum

grum

culis, ut piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios immolarunt. Nec illa his humaniora ſunt, quæ fiunt etiam nunc Matri magnæ atque Bellonæ, in quibus Antiſtites non alieno ſanguine, ſed ſuo litant, cùm [4] amputatis genitalibus à viris migrant,

grum legitur reſponſum, ut & apud *Stephanum v.* Ἀζειρυσίοις. Adi ſis & *Euſebium* Præp. Evang. lib. IV. cap. XVI. p. 160.

2. *Infantes* proſecrabant] Leg. *proſecabant*, quod vocabulum ſacrificiis eſt proprium. *Tertullianus* Apol. cap. XI. *Major ætas apud Gallos Mercurio* proſecatur. Et cap. XLVI. *Æſculapio tamen Gallinaceum* proſecari *jam in fine jubebat.* Vide *Lav. Torrentium* ad *Suetonii Auguſt.* cap. 1. & *Chr. Cellarium* ad *Lactantii* Div. Inſt. lib. IV. cap. 27.

3. *Sed victi à Siculis* &c.] Sic MS. nec erat cur *Pfaffius* ederet, *ſed & victi à Siculis.* Rem ipſam ex *Diodoro* refert *Euſebius* de laud. Conſtant. cap. XIII. pag. 646. Διόδωρος δὲ, ὁ τὰς Βιβλιοθήκας ἐπιτεμὼν, φησὶ τῷ Κρόνῳ Καρχηδονίους τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων, διακοσίους θῦσαι τοὺς Λίβυας. *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. XXI, 13. *Carthaginienſes — cum victi eſſent ab Agathocle Rege Siculorum, iratum ſibi Deum* (Saturnum) *putaviſſe, itaque ut diligentius piaculum ſolverent,* DUCENTOS *nobilium filios immolaſſe.* Nimirum

Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,
Poſcere cæde Deos veniam, ac flagrantibus aris
(Infandum dictu) parvos imponere natos.

Verba ſunt *Silii Italici* lib. IV, 767. Vide *Euſebium* Præp. Evang. lib. I. pag. 40. & lib. IV. cap. XVI. p. 156.

4. *Amputatis genitalibus — ſectis humeris*] MS. *jam putatis genitalibus — ſecutis umeris*, quæ rectè mutavit Cl. *Pfaffius.* Vide noſtrum lib. I. Div. Inſt. cap. XXI. 16.

migrant, nec ad fœminas tranſeunt, aut ſectis humeris deteſtabiles aras proprio cruore reſpergunt. Sed hæc crudelia. Veniamus ad mitia. Iſidis ſacra nihil aliud oſtendunt, niſi quemadmodum filium parvum, qui dicitur Oſiris, perdiderit & invenerit. Nam primò [1] Sacerdotes ac Miniſtri, deraſis omnibus membris, tunſiſque pectoribus plangunt, dolent, quærunt, affectum matris imitantes; poſtmodum puer per Cynocephalum invenitur. Sic luctuoſa ſacra lætitiâ terminantur. His etiam Cereris ſimile myſterium eſt, in quo, facibus accenſis, per noctem Proſerpina inquiritur, [2] &, ea inventa, ritus omnis gratulatione ac tædarum jactatione

1. *Sacerdotes ac Miniſtri, deraſis* &c.] Vide *Minucium Felicem*, & ejus interpretes, cap. XXI. ac *Jul. Firmicum* de Error. Prof. Relig. pag. 4.

2. *Et, eâ inventa, ritus omnis gratulatione ac tedarum jactatione finitur*] Fefellit auctorem memoria; Cereris enim ſacra prorſus erant luctuoſa. Vide *Clementem* Alex, Protrept. pag. 4, ſeqq. *Minucium Felicem* cap. XXI. & *Jul. Firmicum* pag. 17. Nec *tedarum jactatio* gratulationem denotabat; ſed quia Proſerpinam *facibus ex Ætnæ vertice accenſis quæſiſſe in Siciliâ Ceres dicitur, iccirco ſacra ejus ardentium tedarum jactatione celebrantur*, ut ait noſter Div. Inſt. lib. I. cap. XXI, 24. Adi ſis & *Ovidium* Faſt. IV, 493. Nullus ſanè

Digitized by Google

tione finitur. Lampſaceni aſellum Priapo mactant: ea enim viſa eſt aptior victima, quæ ipſi, cui mactatur, magnitudine virilis obſcœni poſſet æquari. Lindos eſt oppidum Rhodi, ubi Herculis ſacra maledictis celebrantur. Hercules enim cùm boves aratori abſtuliſſet atque immolaſſet, ille[3] injuriam ſuam convitiis ultus eſt, eoque ipſo Sacerdote poſtmodum conſtituto, ſanctum eſt, ut iiſdem maledictis & ipſe & alii poſtea Sacerdotes ſacra celebrarent. Cretici autem Jovis myſterium eſt, quomodo infans aut ſubtractus ſit patri, aut educatus. Capella præſto eſt, cujus uberibus puerum Amalthea nutrivit. Idem etiam Matris Deûm

ſanè fuit *gratulationi* locus; nam

——*Nequicquam filia matri*
Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.

Quin &, ubi Proſerpinam Tartaris incluſam eſſe reſciverat Ceres, eam fruſtrata eſt educendi ſpes. Tandem vero, cùm pactus eſſet Jupiter, ut cum matre ſex menſes, & totidem cum marito Plutone degeret, *vultumque Ceres animumque recepit.*

3. *Injuriam ſuam*] Injuriam ſibi illatam. *Agellius* N. A. lib. IX. cap. 12. Injurias *dicimus tam illorum qui patiuntur, quàm qui faciunt: quarum dictionum exempla ſunt facilia inventu.* Hunc ob cauſſam loca noſtri, *Cæſaris, Livii,* aliorumque non adferam.

 1. *Pro*

Deûm ſacra demonſtrant: nam quia tùm Corybantes galearum tinnitibus & ſcutorum pulſibus vagitum pueri texerant, nunc imago rei refertur in ſacris, ſed [1] pro galeis cymbala, pro ſcutis tympana feruntur, ne puerum vagientem Saturnus exaudiat?

CAPUT XXIV.

HÆc ſunt myſteria Deorum. Nunc etiam originem Religionum requiramus, ut & à quibus & per quæ tempora inſtitutæ fuerint, eruamus. Didymus in iis libris, qui inſcribuntur [2] ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, Meliſſea fuiſſe tradit Cretenſium Regem, cujus filiæ fuerint

1. *Pro galeis cymbala, pro ſcutis tympana* feruntur] Lege *feriuntur*; reſpicit enim ad hæc *Ovidii* verba,

Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana PULSANT.

Vide Faſt. IV, 213.

2. Ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, *Meliſſea fuiſſe tradit* &c.] Sic rectè *Pfaffius*, cùm MS. ἐξητήσεως perperam dederit; nam Didymum in libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς laudat noſter Div. Inſt. lib. I. c. XXII, 19. Apud eundem §. 28. libri ferunt, *Meliſſeus quidem multum anteceſſit ætate, quippe qui Jovem educaverit nepotem*, vel *pronepotem*; omninò leg. *pro Nepote*; quandoquidem enim Amalthea & Meliſſa Jovem pro filio nutrierint, Meliſſei nepos habeatur neceſſe eſt. Hiſtoriam non valde diſſimilem ex *Parmeniſco*

rint Amalthea & Meliſſa, quæ Jovem [3] nutrierint caprino lacte ac melle. Hunc novos ritus ac pompas ſacrorum introduxiſſe, [4] & primùm Diis ſacrificaſſe, id eſt Veſtæ, quæ dicitur Tellus; [5] (Unde Poëta:

> [6] *primamque Deorum*
> *Tellurem*)

& poſtmodum Deûm matri. Euhemerus autem in ſacra hiſtoria ipſum Jovem dicit, poſtquam imperium ceperit, ſibi multis in locis fana poſuiſſe. Nam circuiens orbem, ut quemque in locum venerat, principes populorum amicitia ſibi & hoſpitii jure ſociabat. Cujus rei ut poſſet memoria ſervari, fanum ſibi creari jubebat atque ab hoſpitibus ſuis annua

niſco narrat *Hyginus* Poët. Aſtron. lib. II. cap. 13.

3. *Nutrierunt — lacte & melle*] His enim primis infantes erant nutriti. Vide *J. B. Cotelerium* ad *Barnabæ* c. VI.

4. *Et primum Diis ſacrificaſſe, id eſt, Veſtæ*] Malim, *& Diis ſacrificaſſe, id eſt,* primum *Veſtæ —— &* poſtmodùm *Deûm matri.* Sic enim, opinor, ſententia rectè procedet & ordine; alioqui verò perturbatior videtur. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. XXII, 28.

5. *Id eſt Veſta, quæ dicitur Tellus*] *Ovidius* Faſt. VI, 267. *Veſta eadem eſt, quæ terra.* Et vſ. 299. *Stat vi terra ſua: vi ſtando* Veſta *vocatur.* Omninò vide *Auguſtinum* C. D. lib. VII. capp. 23, 24.

6. *Primamque Deorum Tellurem*] *Virgilii* ſunt Æn. VII, 136.

Digitized by Google

nua feſta celebrari. Sic per omnes terras cultum ſui nominis ſeminavit. Quando autem [1] iſti fuerint, facilè colligi poteſt. Scribit enim [2] Thallus in hiſtoriâ ſuâ, Belum Regem Aſſyriorum, quem Babylonii colunt, quique Saturni fuerit æqualis & amicus, antiquiorem fuiſſe Troïco bello annis CCCXXII. & ſunt ab Ilio capto anni M. CCCCLXX. Unde apparet, non amplius quam M. DCCC. eſſe annos, ex quo, novis Deorum cultibus inſtitutis, humanum genus inciderit in errorem.

CAPUT XXV.

MERITÒ igitur Poëtæ commutatum eſſe aureum ſeculum memorant, quod fuerit regnante Saturno. Nulli enim tunc Dii colebantur, ſed unum &

1. *Iſti fuerint*] Non hoſpites Jovis, ut *Pfaffius*; ſed ipſum Jovem & Meliſſea, denotari puto.

2. *Thallus in Hiſtoria ſuâ*] Thallum ex *Theophili* fide laudat noſter Div. Inſtit. lib. I. cap. 23. & hæc ſanè legi poſſint lib. III. ad Autolyc. pag. 282. ed. Oxon.

3. *Poſtquam ſe terrenis ac fragilibus* ſubjugaverunt] Leg. *ſubjugàverant*, quod poſtulat oratio.

4. Et faciunt *animos* &c.] *Lucretius* lib. VI. pag. 743. habet, *Efficiunt animos humiles*

Digitized by Google

& ſolum Deum noverant. [3] Poſtquàm ſe terrenis ac fragilibus ſubjugaverunt, colentes ligna & æra & lapides, commutatio ſeculi facta eſt uſque ad ferrum. Amiſſa enim Dei notitia, & uno illo vinculo humanæ ſocietatis abrupto, vaſtare ſe invicem, prædari, ac debellare cœperunt. Quod ſi ſurſum oculos ſuos tollerent, ac Deum intuerentur, qui eos ad adſpectum cœli ſuique excitavit, nunquam ſe curvos & humiles facerent terrena venerando, quorum ſtultitiam Lucretius graviter incuſat, dicens:

[4] *Et faciunt animos humiles formidine divûm,*
Depreſſoſque premunt ad terram,

[5] qua reddunt. Nec intelligunt quàm vanum ſit ea timere, quæ feceris, aut ab his aliquod ſperare præſidium, quæ muta & inſenſibi-

miles, quod apud eum flagitat ſenſus & conſtructio. In noſtro tamen nihil eſt mutandum; non aliter enim hunc locum citat lib. II. Div. Inſt. cap. III, 10.

5. *Qua reddunt*] Locum in mendo cubare vidit Cl. *Pfaffius*, ſed quid ſibi vellent ea verba, divinare non potuit. Nec me rem acu tetigiſſe jurarem; conjecturam verò proferre nihil vetat. Interpunctionibus igitur mutatis ſic lego: *Premunt ad terram.* Quare colunt, *nec intelligunt quam vanum ſit* &c.

1. *Nam*

Digitized by Google

inſenſibilia nec vident nec audiunt ſupplicantem. Quid ergo majeſtatis aut numinis habere poſſunt, quæ & fuerunt in hominis poteſtate, ne fierent, aut ut aliud fierent, & ſunt etiam nunc? [1] Nam & violari & furto ſublati poſſunt, niſi illa & lex ſepiat & humana cuſtodia. Num igitur mentis ſuæ compos videri poteſt, qui [2] talibus optimas victimas cædit, dona conſecrat, pretioſas veſtes offert, [3] quaſi uti poſſunt, qui motu carent? Meritò ergo Dionyſius Siciliæ Tyrannus [4] Deos Græciæ, cùm eam victor occupaſſet, ſpoliavit atque deriſit, & poſt ſacrilegia, quæ admiſerat, ad Siciliam proſpera navigatione remeavit, regnumque tenuit uſque ad ſenectutem; nec eum Dii violati [5] puniri potuerunt. Quantò

1. *Nam* & violari *& furto* ſublati *poſſunt*] Mendoſus eſt locus; quarè Cl. *Pfaffius* legit, *furto* ſubtrahi *poſſunt*. Quod ſi ea conjectura non placet, reponi poſſit, *nam* eſſe violati *& furto ſublati poſſunt*. Animadverſo ſcripturæ compendio, quo Librarii ſunt uſi, hæc certè mutatio, minima videbitur.

2. *Talibus* optimas *victimas cædit*] Procul dubio reſcribendum, *opimas victimas*.

3. *Quaſi uti* poſſunt] Cum *Pfaffio* leg. *poſſint*; ſed cave, pronomen *eis* interciſas, ut fecit vir Clariſſimus; id enim & poteſt & ſolet intelligi.

4. *Deos Græciæ, cùm eam victor*

tò ſatius eſt, ſpretis inanibus, ad Deum ſe convertere, tueri ſtatum, quem à Deò acceperis, tueri nomen! Idcircò enim [6] ἄνθρωπος, quia ſurſum ſpectat, nominatur: ſurſum autem ſpectat, qui Deum verum & vivum, qui eſt in cœlo, ſuſpicit, qui artificem, qui parentem animæ ſuæ non modo ſenſu ac mente, verùm etiam vultu & oculis ſublimibus quærit. Qui autem ſe terrenis humilibuſque ſubſternit, utique illud, quod eſt inferius, ſibi præfert. Nam, cùm ipſe opus Dei ſit, ſimulachrum autem opus hominis, non poteſt humanum opus divino [7] anteponi, & ſicut Deus hominis parens eſt, ita ſimulachri homo. Stultus igitur & amens, qui adorat, quod ipſe fabricavit. Cujus artificii deteſtabilis & inepti auctor fuit

victor occupaſſet] Ita quidem noſter etiam libro II. Div. Inſt. cap. IV, 16. Sed eum decepit *Tullius*. Vide quæ notavimus ad lib. III. de Nat. Deor. cap. 34.

5. Puniri *potuerunt*] Recta loquendi ratio, qua uſus eſt ipſe *Cicero*. Vide *Nonium* cap. VII. §. 27, & 97.

6. Ἄνθρωπος *quia ſurſum ſpectat*] Quaſi ἀναθρῶν ὃ ὄπωπε. Vide *Platonem* in Cratylo pagg. 263, 264. Hanc & alias Etymologias ſuppeditabit *Etymologici magni* ſcriptor.

7. *Anteponi, & ſicut Deus*] Incommoda diſtinctio ſenſum reddit turbatiorem. Sic igitur interpunge, *anteponi. Et ſicut Deus* &c.

1. *Pro-*

Digitized by Google

fuit Prometheus, patruo Jovis Iapeto natus. Nam cum primum Jupiter, ſummo potitus imperio, tanquam Deum ſe conſtituere vellet, ac templa condere, & quæreret aliquem, qui humanam figuram poſſet exprimere, tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita veriſimiliter, ut novitas ac ſubtilitas artis miraculo eſſet. Denique illum & ſui temporis homines, & poſtea Poëtæ, tanquam fictorem veri ac vivi hominis [1] prodiderunt, & nos, quoties fabrefacta ſigna laudamus, vivere illa & ſpirare dicimus. Et hic quidem auctor fuit fictilium ſimulachrorum. Sequentes autem poſteri & de marmore ſculpſerunt, & ex ære fuderunt: deinde proceſſu temporum ex auro & ebore acceſſit ornatus, ut non modo ſimilitudines oculos hominum, verum etiam fulgor ipſe præſtringeret. Sic illecti pulchritudine, ac veræ majeſtatis obliti, inſenſibilia ſentientes, [2] irra-

1. *Prodiderunt*, & *nos*, *quoties*] Omninò leg. *prodiderunt*; UT *nos quoties* &c.

2. *Irrationabilia* rationabiles] Sic edendum curavi; nam MS. habuit *irrationabiles*, quo modo prorſus vitiatur Antitheſis. Vide noſtrum lib. II. Div. Inſt. cap. II. §. 17.

3. *Si-*

[2] irrationabilia rationabiles, exanima viventes colenda ſibi ac veneranda duxerunt.

CAPUT XXVI.

NUNC refellamus eos etiam, qui elementa mundi tanquam Deos habent, id eſt, cœlum, ſolem, atque lunam, quorum artificem non cognoſcentes, ipſa opera mirantur & adorant. Qui error non imperitorum modo, verum etiam Philoſophorum eſt; [3] ſiquidem Stoïci univerſa cœleſtia in Deorum numero habenda cenſent, quia certos & rationabiles motus habent, quibus ſuccedentium ſibi temporum viciſſitudines [4] conſtantiſſimè ſervant. Non eſt igitur in his voluntarius motus, quia præſtitutis legibus ſerviunt, non proprio utique ſenſu, ſed opificio ſummi conditoris, qui illa ſic ordinavit, ut [5] inenarrabiles curſus & certa

3. *Siquidem Stoici* &c.] Vide præclaram Lucilii diſputationem, quam refert *Cicero* lib. II. N. D. cap. 15. ſeqq.

4. *Conſtantiſſimè* ſervant] Lege *ſervantur*.

5. Inenarrabiles *curſus*] Senſu poſtulante, reſcribendum, *inerrabiles curſus*; curſus

ta ſpatia conficerent, quibus dierum ac noctium, æſtatis & hyemis alterna variarent. Quod ſi effectus eorum, ſi meatus, ſi claritatem, ſi conſtantiam, ſi pulchritudinem admirantur, intelligere debuerunt, quantò his pulchrior & præclarior & potentior ſit ipſe conditor, atque artifex eorum Deus. Sed illi divinitatem humanis viſibus æſtimaverunt, ignorantes nec æternum eſſe poſſe, quod veniat ſub aſpectum, nec, quod ſit æternum, poſſe oculis mortalibus comprehendi.

CAPUT XXVII.

UNUM & ultimum reſtat, ut, quoniam plerumque accidit, ſicuti in hiſtoriis legimus, ut majeſtatem ſuam Dii oſtendiſſe videantur per auguria, per ſomnia, per oracula, tùm etiam pœnis eorum, qui ſacrilegia commiſerant, doceam quæ

ſus enim aſtrorum probè ſciunt Aſtronomi, ideoque non ſunt *inenarrabiles*; at cum eorum meatus certi ſint & rati, rectè dicantur *inerrabiles*. *Apuleius* lib. I. de Habit. Doctr. Plat. pag. 582. *Globorum — omnium ſupremum eſſe eum, qui inerrabili meatu cenſetur*. Vide &

quæ ratio id effecerit, ne quis etiam nunc in eoſdem laqueos incidat, [1] quos illi veteres inciderunt. Cùm Deus pro virtute majeſtatis ſuæ mundum de nihilo condidiſſet, terram verò & mare compleſſet animalibus, tum hominem, de limo ad imaginem ſimilitudinis ſuæ figuratum, inſpiravit ad vitam, poſuitque eum in Paradiſo, quem conſeverat omni genere fructiferi ligni, & præcepit ei, ne una ex arbore, in qua [2] poſuerat ei ſcientiam boni malique, guſtaret, fore interminatus, ut vitam perderet, ſi feciſſet; ſi verò mandatum ſervaret, immortalis permaneret. Tùm ſerpens, qui erat unus ex Dei miniſtris, invidens homini, quod eſſet immortalis effectus, illexit eum dolo, ut mandatum Dei legemque tranſcenderet. Et hoc modo ſcientiam quidem boni ac mali accepit, ſed vitam, quam perpetuam Deus tribuerat, amiſit. Ejecit ergo peccatorem de ſancto loco, & in hunc orbem

& lib. de Mundo p. 709.

1. *Quos veteres illi inciderunt*] Idem valet ac *in quos — inciderunt*. Vide ſis *Oberti Giphanii* Obſerv. in Ling. Lat. pag. 114.

2. *Poſuerat ei ſcientiam*] Leg. *poſuerat ſcientiam*, deleto pronomine, cui hoc in loco nihil eſt quod agat.

1. *Para-*

orbem relegavit, ut victum quæreret per laborem, ut difficultates & ærumnas pro merito ſuſtineret; ipſumque [1] Paradiſum vallo igneo circumfudit, ne quis hominum ad diem uſque judicii ad locum illum perpetuæ beatitudinis conaretur irrepere. Secuta eſt hominem mors ex Dei ſententia, & tamen vita ejus, licet temporalis eſſe cœpiſſet, [2] in mille annis terminum ſumſit, & id fuit humanæ vitæ ſpatium uſque ad cataclyſmi tempus: nam poſt diluvium paulatim vita hominum breviata, & ad annos centum viginti redacta eſt. Serpens verò ille, qui de factis [3] Diabolus, id eſt, criminator ſive delator nomen accepit, non deſtitit, ſemen hominis, quem à principio decceperat, perſequi. Denique eum, qui primus

1. *Paradiſum vallo igneo circumfudit*] Deus videlicet ἔταξε τὰ Χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν, τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ut ait *Moſes* Geneſ. III, 24.

2. *In mille annis terminum ſumſit*] At Adamus DCCCCXXX tantum vixit annos, & Methuſala, qui mortalium fuit vivaciſſimus, nongentos ſexaginta novem annos natus, fatis conceſſit. Vide Geneſ. V, 27. Eundem tamen errorem habet noſter L. VII. D. I. c. 14.

3. *Diabolus, id eſt, criminator ſive delator nomen accepit*] Vel legendum *nominari cœpit*; vel potius, *Diaboli, id eſt, criminatoris ſive delatoris, nomen accepit.* Certè

mus in hoc orbe generatus eſt, [4] inſpirato livore, in cædem fratris armavit; ut de duobus primogenitis hominibus alterum extingueret, alterum faceret parricidam. Nec quievit deinceps, quo minus per ſingulas generationes pectoribus hominum malitiæ virus infunderet, [5] corrumperet, depravaret, tantis denique ſceleribus obrueret, ut juſtitiæ jam rarum eſſet exemplum, ſed viverent homines ritu belluarum. Quod Deus cùm videret, Angelos ſuos miſit, ut vitam hominum excolerent, eoſque ab omni malo tuerentur. His mandatum dedit, ut ſe terrenis abſtinerent, ne qua labe maculati, honore angelico mulctarentur. Sed eos quoque idem ille ſubdolus criminator, dum inter homines commorantur, [6] illexit ad voluptates,

tè lectionem, quam repræſentat MS. pati non videtur Latinitas.

4. *Inſpirato* livore] Sic optimè repoſuit Cl. *Pfaffius*: MS. enim *inſpirato libere*, quod ſenſu caret.

5. *Corrumperet* — ſed *viverent*] Ita MS. Cl. autem *Pfaffius* edidit, *eos corrumperet* —— & *viverent*. At unici Codicis fidem ſequendam duximus, cùm, ut ab eo recederemus, res ipſa non flagitaret.

6. *Illexit ad voluptates, ut ſe cum mulieribus inquinarent*] Hæc fuit illorum temporum recepta ſententia, quæ, de *Pſeud-Enochi*

 libro

tates, ut ſe cum mulieribus inquinarent. Tum damnati ſententiâ Dei, & ob peccata projecti, & nomen Angelorum & ſubſtantiam perdiderunt. Ita Diaboli ſatellites facti, [1] ut haberent ſolatium perditionis ſuæ, ad perdendos homines converterunt, quos ut tuerentur, advenerant.

CAPUT XXVIII.

Hi ſunt dæmones, de quibus Poëtæ ſæpè

libro ſumta, *Philonem*, *Joſephum*, ac eis præeuntibus, *Juſtinum* M. *Clementem* Alexandrinum, *Tertullianum*, *Commodianum*, alioſque veteris Eccleſiæ doctores ſibi patronos adſcivit. Vide Homil. Clement. VIII. cap. 12. *Jac. Pamelium* ad *Tertulliani* Parad. I. & *J. E. Grabium* Spicil. Tom. I. pag. 359. Ad hanc, ut videtur, opinionem reſpexit Apoſtolus I. Cor. XI, 10. Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ΔΙᾺ ΤΟῪΣ ἈΓΓΈΛΟΥΣ. Hunc certè locum miſerè vexarunt interpretes; at is clarus eſt & apertus, ſi Paulus eam traditionem in animo habuiſſe cenſeatur. Non obſtat, quod ex Apocrypho ſcripto natum ſit dogma; eundem enim Pſeud-Enochum teſtem laudat *Judas* Epiſt. vſ. 14. & ratio diſputandi patitur, ut ex Hypotheſibus vulgo conceſſis argumenta depromantur.

1. *Ut* haberent *ſolatium — ad perdendos homines converterunt*] MS. *habeant*, quod, poſtulante temporum ratione, mutavit *Pfaffius*. At Clariſſimus ille vir malè rem geſſit, cùm daret, *ad perdendos homines* SE *converterunt*;

ſæpè in carminibus ſuis loquuntur, quos [2] cuſtodes hominum appellat Heſiodus. Ita enim perſuaſerunt hominibus, illecebris atque fallaciis ſuis, ut eoſdem Deos eſſe crederent. Denique Socrates habere ſe à prima pueritia cuſtodem, [3] rectoremque vitæ ſuæ dæmonem prædicabat, ſine cujus nutu & imperio nihil agere poſſet. Adhærent ergo ſingulis, & ſub nomine Geniorum aut Penatium domos occupant. His ſacraria conſtituuntur; his quotidie libatur ut laribus; his

runt; pronomen enim reciprocum, Codice renuente, non fuit intrudendum, ſiquidem in hujuſmodi locutionibus crebrò ſubaudiatur. *Dictys* Cretenſis lib. II. c. 3. *Teutbrantius—propere ad eum convertit.* Et ejuſdem libri cap. 27. Ajax *cum magna præda ad ſuos convertit.* *Juſtinus* lib. XXXVI. cap. 2. *Quod ex cauſa factum paulatim in diſciplinam religionemque convertit.* Hanc in rem multa congeſſit *Aldus Manucius* ad *Salluſtii* Catil. cap. VI.

2. *Quos cuſtodes hominum appellat Heſiodus*] Φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων. Op. & Dier. vſ. 122.

3. *Rectoremque vitæ ſuæ dæmonem prædicabat, ſine cujus nutu & imperio nihil agere poſſet*] Noſter ſua deſumſit ex *Tertulliani* Apol. cap. XXII. & *Minucii Felicis* Octav. cap. XXVI. At revera *incœpta Socrati* quæpiam (ſic leg. ex MSS. *Cantab.* non *quiſpiam*, ut vulgg.) *Dæmon ille fermè prohibitum ibat*, NUNQUAM *adhortatum*, ut loquitur *Apuleius* de Deo Socr. pag. 338. nam ipſe Socrates apud *Platonem* in Theage pag. XI. hæc de ſuo refert Dæmone: Ἔστι τι θείᾳ μοίρᾳ παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον

his honos datur tanquam malorum depulſoribus; [1] hi à principio, ut averterent homines à Dei veri agnitione, novas religiones & cultus Deorum introduxerunt; hi memorias Regum mortuorum conſecrari, templa conſtitui, ſimulachra fieri docuerunt, non ut honorem Dei minuerent, aut ſuum augerent, quem peccando amiſerunt, ſed ut vitam hominibus eriperent, ſpem veræ lucis auferrent, ne homines, unde illi exciderunt, ad immortalitatis cœleſte præmium pervenirent.

μενον δαιμόνιον. Ἔστι δὲ τοῦτο φωνὴ, ἣ, ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπήν. ΠΡΟΤΡΕ´ΠΕΙ δὲ ʼΟΥΔΕ´ΠΟΤΕ. Vide & *Clementem Alexandrinum* Strom. I. pag. 134.

1. *Hi à principio — aut ſuum augerent*] MS. *his à principio — haut ſuum augerent*; ſed Cl. *Pfaffius* eam, quam ſenſus loci poſtulat, lectionem repoſuit.

2. *Iidem Aſtrologiam prodiderunt* &c.] Hoc itidem ex Pſeud-Enocho traxerunt veteres. *Clemens Alexandrinus* in Eclog. ex ſcript. Prophet. pag. 349. Ἤδη δὲ καὶ Ἐνὼχ φησὶν, τοὺς παραβάντας Ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν καὶ μαντικὴν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. Vide *Tertullianum* de cultu Femin. lib. I. cap. 2. & lib. II. cap. 10. *Clement.* Homil. VIII. cap. 14. ac *Commodianum* Inſtr. III. Ipſa *Pſeud-Enochi* verba huc ſpectantia ex *Syncello* dedit *J. E. Grabius* Spicil. Tom. I. pag. 349. Hac de re corruptiſſimus eſt *Porphyrii* locus, quem obiter emendabo. Sic igitur ille lib. II. de Abſtin. cap. 38. Ταύτας (ψυχὰς)· δαίμονάς τε ἀγαθοὺς νομιστέον καὶ ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων πραγματεύεσθαι· εἴτε τινῶν ἀφηγοῦντο ζώων,

Digitized by Google

rent. [2] Iidem Aſtrologiam prodiderunt, & auguratum, & aruſpicinam, quæ cùm per ſe falſa ſint, tamen ipſi, auctores malorum, ſic ea gubernant, ſic temperant, ut vera credantur. Ipſi etiam magicæ artis præſtigias ad circumſcribendos oculos repererunt: [3] (illorum adſpiratione fit, ut quod ſit, non eſſe, &, quod non ſit, eſſe videatur) ipſi [4] necyomantias, [5] ipſi ſortes & oracula, ut mentes hominum per ambiguos exitus mentita divinatione deludant. In templis verò & ſacrificiis om-

ων, εἴτε καρπῶν ἀποπεπαγμένων—ἩΜΙ͂Ν ΑὖΤΕ ΧΡΩΝΤΑΙ καὶ τῶν κατὰ μουσικὴν, παιδείας τε συναπάσης &c. Leg. ἢ μὲν αὖ τεχνῶν τε καὶ τῶν κατὰ μουσικὴν &c. Adi ſis *Hermiam* Irriſ. cap. 1. De ceteris verò Angelis à *Porphyrio* memoratis *J. B. Cotelerium* ad *Hermæ* Paſt. lib. I. Viſ. IV. c. 2.

3. *Illorum adſpiratione*] Leg. *illorum* enim *adſpiratione*; nam redditur ſuperiorum ratio. Excidit autem illa particula, per hoc compendium (n.) ſcribi ſolita. De his & ſequentibus vide *Minucium Felicem* & ejus interpretes cap. XXVI.

4. *Necyomantias*] Sic MS. nec erat cur Cl. *Pfaffius* reponeret *necromantias*; nam utrumque probum. *Heſychius*. Νεκυομαντεία, Νεκρομαντεία. Vide *P. Victorium* lib. V. cap. 15.

5. *Ipſi ſortes & oracula*] Ex ingenio *Pfaffius* addiderat, *invenêrunt*, quod quidem delevimus; cum ex antecedentibus repetendum ſit, *reperêrunt*, ut ex commodis, quas adhibuimus, interpunctionibus abundè liquet. Paullò poſt, leg. *deluderent*, non *deludant*, nè in temporum peccetur rationem.

 1. *Quos*

omnibus præſentes adſunt, &, prodigiis quibuſdam fallacibus editis ad miraculum præſentium, ſic homines circumveniunt, ut ineſſe numen ſimulachris & imaginibus credant. Irrepunt etiam corporibus, ut ſpiritus tenues, vitiatiſque membris morbos conciunt, [1] quos ſacrificiis votiſque placati poſtmodùm relaxent; ſomnia immittunt, [2] aut planè terrores, ut ipſi rogentur, aut quorum exitus reſpondeant veritati, ut venerationem ſui augeant. Nonnunquam etiam in ſacrilegos edunt aliquid ultionis, ut quiſquis viderit,

1. *Quos ſacrificiis votiſque* placati] MS. perperam *placatis*. De dæmonibus hiſce ſic *Porphyrius* Abſtin. lib. II. cap. 42. Οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνίσσῃ τε, δι' ὧν φυτῶν τὸ πνευματικὸν πιαίνεται. Ex *Euſebio* P. E. lib. IV. cap. XXII. pag. 173. Leg. δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΙΚΟΝ πιαίνεται, vel ut apud *Theodoritum* exſtat Therap. III. pag. 47. τὸ σωματικὸν καὶ πνευματικὸν πιαίνεται, licet is hanc ῥῆσιν ex libro περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας laudet. Ex eodem paullo ſupra reſcribendum: Πλήρεις γὰρ πάσης φαντασίας καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατουργίας, ΚΑΙ διὰ ΤΟΥ φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑ'ΖΕΙΝ οἱ κακοδαίμονες, non διὰ τούτων φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν, ut fertur apud *Porphyrium*, & *Euſebium*: de malis enim Geniis, non de miſeris hominibus, agitur. Vide *Tatianum* c. XXXI. & *Minucium Felicem* cap. XXVII.

2. *Aut planè terrores*] Mea periculo leges, *aut plena*

Digitized by Google

rit, timidior ac religioſior fiat. Sic fraudibus ſuis obduxerunt humano generi tenebras; ut oppreſſâ veritate, ſummi ac ſingularis Dei nomen [3] in oblivionem veniret.

CAPUT XXIX.

[4] SED dicit quiſpiam: Cur ergo verus ille Deus patitur hæc fieri? [5] An potius malos vel ſummovet vel extinguit? [6] Cur vero ipſi dæmoni ἀρχὴν à principio fecit, ut eſſet, qui cuncta corrumperet,

na terroris; nam *ſomniis animos* TERRERE cenſebantur, ut, præter alios multos, ait *Lactantius* Div. Inſt. lib. II. cap. XIV, 14.

3. *In oblivionem* veniret] Leg. *venerit*, ſenſu flagitante.

4. *Sed* dicit] Lege, *ſed dicat*, vel *dicet*.

5. An *potius*] *An* Cl. *Pfaffio* hic idem eſt ac *cur non*. Certè talem ſenſum poſtulat oratio; ſed ea vis huic particulæ nunquam, quod memini, competit. Quid igitur? Proculdubio legendum, *Ac non potius*. Hoc facilè concedent ii, qui compendiariam tenent ſcribendi rationem, qua uſi ſunt Librarii.

6. *Cur verò* ipſi Dæmoni *ἀρχὴν â principio fecit*] Hoc à Cl. *Pfaffii* manavit ingenio, nam MS. *archon*. Nullus equidem dubito quin reponendum ſit, *cur vero ipſe Dæmoniarchen*, vel *Δαιμονιάρχην, à principio fecit. Lactantius* Div. Inſt. lib. II. cap. 14. *Quorum* (ſpirituum) *idem Diabolus eſt princeps. Unde Triſmegiſtus illum δαιμονιάρχην vocat.* Et cap. XVI, 12. *Illuc δαιμονιάρχης ipſe in figura ſua ſine ullâ diſſimulatione perductus eſt.*

1. *Agel-

ret, cuncta diſperderet. Dicam breviter, cur hunc talem eſſe voluerit. Quæro, utrumne virtus bonum ſit, an malum? Negari non poteſt, quin bonum. Si bonum eſt virtus, malum eſt igitur è contrario vitium. Si vitium ex eo malum eſt, quia virtutem impugnat; & virtus ex eo bonum eſt, quia vitium affligit; ergo non poteſt virtus ſine vitio conſiſtere, &, ſi vitium ſuſtuleris, virtutis merita tollentur; nec enim poteſt ulla fieri ſine hoſte victoria. Ita fit, ut bonum ſine malo eſſe non poſſit. Vidit hoc Chryſippus, vir acris ingenii, de providentia diſſerens, eoſque ſtultitiæ redarguit,

1. *Agellius in libris Noctium Atticarum*] Eorum, quæ ſequuntur, nonnulla exſtant apud *Agellium* Noct. Attic. lib. VI. cap. 1. At id, in omnibus *Agellii* libris ſcriptis & editis, eſt ἀκέφαλον, quod ex hâc Epitomâ, me monitore, reddatur integrum.

2. *Propter quem homines*] Leg. *quem propter homines*; non enim homines propter mundum, ſed mundum propter homines factum fuiſſe conſebant Stoïci.

3. *Feciſſe dicatur*] Non neceſſe eſt, ut cum Cl. *Pfaffio* addatur *Deus*; eam enim vocem nec *Lactantii* MS. nec ipſe *Agellius* agnoſcit; ſubauditur autem *providentia*, ſive Deus providus.

4. Ad *ea Chryſippus*] Editiones *Agellii* dant, *adverſus ea Chryſippus*; ſed longè præſtat *Lactantiani* Codicis lectio, cujus ea, quæ

darguit, qui bonum quidem à Deo factum putant, malum autem negant. Hujus ſententiam interpretatus eſt [1] Agellius in libris noctium Atticarum, ſic dicens: *Quibus non videtur mundus Dei & hominum cauſa inſtitutus, neque res humanæ providentia gubernari, gravi ſe argumento uti putant, cùm ita dicunt: Si eſſet providentia, nulla eſſent mala. Nihil enim minus aiunt providentiæ congruere, quàm in eo mundo, [2] propter quem homines [3] feciſſe dicatur, tantam vim eſſe ærumnarum & malorum. [4] Ad ea Chryſippus cum in libro περὶ προνοίας quarto diſſereret:* [5] " Nihil " pror-

quæ vulgò fertur, nihil aliud eſt, quàm interpretatio; nam *ad ea diſſerere*, valet *adverſus ea diſſerere*. *Cicero* Tuſc. lib. I. cap. 4. Ad id *aut ſedens aut ambulans* diſputabam. Et ejuſdem libri cap. 23. *Niſi quid habes ad hæc*, id eſt, adverſus hæc; nam ſtatim reponit adoleſcens: *Ego verò facile ſum paſſus, nè in mentem quidem mihi aliquid* CONTRA *venire*. Iterum lib. III. cap. 9. *Non inſcitè Heracleotes Dionyſius* ad ea diſputat, *quæ apud Homerum Achilles* &c. Vide & lib. I. N. D. cap. 8.

5. *Nihil prorſus, inquit, iſtis* inſulſius] Auctior hic eſt in editis libris *Agellius*; dant enim, *nihil eſt prorſus iſtis, inquit*, imperitius, nihil *inſubidius*. Sed ab *H. Stephani* manu profluxit additamentum, quod nullis omninò MSStis nititur; in iis

" prorſus, *inquit*, iſtis inſulſius, qui o-
" pinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non
" eſſent ibidem mala. Nam cùm bona
" malis contraria ſint, utraque neceſſe
" eſt oppoſita eſſe inter ſe, & quaſi mu-
" tuo adverſoque fulta niſu conſiſtere.
" [1] Nullum adeo contrarium eſt ſine con-
" trario altero. Quo enim pacto juſti-
" tiæ ſenſus eſſe poſſet, niſi eſſent inju-
" riæ? aut quid aliud juſtitia eſt, quàm
" inju-

ſiis enim eſt tantummodò, *nihil eſt prorſus iſtis, inquit, inſipidius*, quod in *inſubidius* mutavit *Lud. Carrio* Emend. lib. I. cap. 12. Non equidem diffiteor eam vocem *Agellio* eſſe peruſitatam; ſed nec optimo ſcriptori ignota eſt illa, quam præfert Codex *Lactantianus*. Sic lib. XVI. cap. 12. *Nihil poteſt dici* inſulſius. Gloſſarium Latino — Græcum: *Inſulſus*, ἀνόητος. Itaque fidiſſimi MSti lectio, eruditi illius viri conjecturæ præponatur.

1. *Nullum* adeo] Rectè ſic apud *Agellium* legitur; malè verò Cl. *Pfaffius* edidit *nullum* à Deo *contrarium*. Vide *Joan. Walkerum* ad lib. II. N. D. cap. 8.

2. *Quod item fortitudo, non intelligi poteſt*] *Agellii* Codices, *quid item fortitudo intelligi poſſet*: unde *J. Fr. Gronovius*, veteres editos ſecutus, legit, *Quî item fortitudo intelligi poſſet—quî continentia* &c. Ea ſanè conjectura non videtur incommoda; ſed lancem deprimit antiquiſſimi MSti pondus; nec enim orationem variare, ſcriptoribus eſt inſolens. Cl. quidem *Pfaffius* ediderat, *quid item fortitudo* ſit; ſed ultima vox in libro *Taurinenſi* non exſtat, & facilè poteſt ſubaudiri.

3. *Ex ignaviæ* adpoſitione] *Agelliani* Codices *oppoſitione*

" injuſtitiæ privatio? [2] Quid item for-
" titudo, non intelligi poteſt, niſi [3] ex
" ignaviæ adpoſitione; quid continen-
" tia, [4] niſi ex intemperantia. Quo
" item modo prudentia eſſet, [5] niſi foret
" contraria imprudentia? Proinde, *in-*
" *quit*, homines ſtulti cur non hoc etiam
" deſiderant, ut veritas ſit, & non ſit
" mendacium? Namque itidem ſunt bo-
" na & mala, [6] felicitas & importunitas,
" vo-

ſitione, quod melius; nam ſuprà dixit, *utraque neceſſe eſt* oppoſita *eſſe inter ſe.*

4. Niſi *ex* intempetantiâ] Aliud egit Cl. *Pfaffius*, cùm conjectura ductus reponeret, *nonniſi ex intemperantiâ*. Legendum verò ex libris Agellianis, *niſi ex intemperantia*, videlicet. oppoſitione.

5. *Niſi* foret *contraria*] *Pfaffius* ex MSto *Taurinenſi* dederat, *niſi* fortè *contraria*; ſed eam vocem, jubente re ipſa, ſimul ac editis *Agellii* libris, mutavimus; in iis autem legitur, *niſi foret* contra. Ibi lege *contraria*, quod viciſſim præſtat *Lactantianus* Codex.

6. *Felicitas & importunita*] *In* Editis ſimul ac MStis *Agellii* libris eſt, *felicitas &* infortunitas, quod inſolens vocabulum pro *infelicitate* poni notant interpretes. Aſt ea vox alibi non exſtat; quaproptet omninò recipiatur illa, quam ſuppeditat antiquiſſimus hic *Lactantii* Codex; *importunitas* enim olim *infelicitatem* denotavit. Gloſſarium Latino—Græcum: *Inportuna.* σκαιά. *Inportunitas*, σκαιότης. Τὰ μὴ αἴσια verà σκαιὰ nominari, docet *Euſtathius*. Pariter *Feſtus*: Scævam — *ſcriptores in mala* (re) *ponere conſuevêrunt*, *ut apud Græcos invenitur poſitum.* Huc etiam adprimè facit, quod habet *Iſidorus* Orig. lib.

" voluptas & dolor. Alterum enim ex " altero, ſicut Plato ait, [1] verticibus inter ſe contrariis deligatum; [2] ſi tuleris " unum, abſtuleris utrumque." Vides ergo id, [3] quod ſæpè dixi, bonum & malum ita ſibi eſſe connexa, ut alterum ſine altero conſtare non poſſit. Summa igitur prudentia Deus materiam virtutis in malis poſuit, quæ idcircò fecit, ut nobis conſtitueret agonem, in quo victores immortalitatis præmio coronaret.

CAPUT XXII.

DOCUI, ut opinor, cultus Deorum non

lib. X. col. 1077. Importunus, *inquietus*, *quia non habet* portum, *id eſt*, *quietem*. Cum igitur *importunus* propriè ſit, qui *portu* caret; hujuſmodi verò homines præ ceteris miſeri ſint & infortunati, factum eſt, ut *importunitas* pro *infortunio*, ſpecies nimirum pro genere, ſumeretur.

1. *Verticibus inter ſe contrariis deligatum*] Ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε. *Plato* in Phædon. pag. 376. ed. Lugd.

2. Si tuleris *unum, abſtuleris utrumque*] Apud *Agellium* vulgò legitur, *ſuſtuleris unum, abſtuleris utrumque*: ſed revocanda prorſus eſt lectio, quam præſtant *Lactantii* Codex Taurinenſis, & *Agellii* Regius.

3. *Quod* ſæpe *dixi*] Id non *ſæpe*, ſed *ſemel* tantum dixit. Lege, minimâ mutatione, *quod* ſuprà *dixi*.

4. *Quibus* potior *ſis*] Quos vincas & ſuperes. Vetus

non modò inpios, ſed etiam vanos eſſe; vel quòd homines fuerint, quorum memoria poſt obitum conſecrata ſit, vel quòd ſimulachra ipſa inſenſibilia & ſurda ſint, quia ſunt ficta de terra, nec oportere hominem, qui debeat ſpectare cœleſtia, terrenis ſe ſubjugare; vel quòd ſpiritus, qui eas religiones ſibi vindicant, inceſti & impuri ſint, & ideo Dei ſententiâ condemnati ceciderint in terram, nec fas eſſe in eorum ditionem venire, [4] quibus potior ſis, ſi Deum verum ſequi velis. Supereſt ut, quoniam de falſa religione diximus, etiam de falſa ſapientia diſſeramus, quam Philoſophi profitentur,

tus Poëta apud *Ciceronem* Tuſc. Diſput. lib. IV. cap. 32. *Qui plus pollet, potiorque eſt patre.* Commentarii vicem tenere poſſunt hæc *Lactantii* verba Div. Inſt. lib. II. cap. 17. *Eſt enim piaculum maximum, addicere ſe poteſtati eorum, quibus, ſi juſtitiam ſequare,* POTENTIOR *eſſe poſſis & eos adjuratione divini nominis expellere ac fugare.* *Origenes* contra Celſum lib. III. pag. 133. Δαίμονες τῷ ὀνόματι αὐτοῦ (Ἰησοῦ) ἀπαγγελλομένῳ μόνον εἴκοντες ἀπεχώρουν ἀπὸ τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν πολεμουμένων, quod abunde confirmant libri ſacri. Idem lib. VII. pag. 334. Οὓς (Δαίμονας) οὐκ ὀλίγοι Χριστιανῶν ἀπελαύνουσι τῶν πασχόντων — μόνῃ εὐχῇ καὶ ὁρκώσεσιν ἁπλουστέραις, καὶ ὅσα ἂν δύναιτο προσάγειν. Vide & pag. 376. De crucis etiam hanc in rem vi plena ſunt veterum Chriſtianorum ſcripta. Adi ſis infra cap. LI.

1. *Philo-*

tentur, homines ſumma quidem doctrina & eloquentia præditi, ſed longè à veritate ſummoti, quia nec Deum nec ſapientiam Dei cognoverunt. Qui licet ſint arguti ac diſerti, tamen, quia humana eſt eorum ſapientia, etiam cum his congredi non verebor; ut appareat à veritate mendacium, à cœleſtibus terrena facilè poſſe ſuperari. Quid ſit Philoſophia hoc modo definiunt: [1] *Philoſophia eſt amor vel ſtudium ſapientiæ*. Non eſt ergo ipſa ſapientia, quia neceſſe eſt aliud eſſe, quod amat, aliud, quod amatur. Si ſtudium eſt ſapientiæ, ne ſic quidem Philoſophia ſapientia eſt: [2] ſapientia enim

res

1. *Philoſophia eſt amor vel ſtudium ſapientiæ*] Philoſophiam, *ſtudium ſapientiæ* vocat *Cicero* Offic. lib. II. c. 2. & *ſapientiæ amorem*, *Seneca* Epiſt. LXXXIX. ac *Auguſtinus* contra Acad. lib. II. cap. 3.

2. *Sapientia* enim *res eſt ipſa*] MS. *ſapientia* autem *res*; ſed rectè mutavit Cl. *Pfaffius*. Hæ certè voces paſſim confuſæ ſunt, ut alibi notavimus.

3. *Sapientiam, dicam ne ſtudium quidem*] Mutari debet interpunctio. Sic igitur diſtingue, *ſapientiam. Dicam nè ſtudium quidem* &c.

4. *Studioſos ſapientiæ poſtquam didiciſſent, ſapientes nominari*] Ita ſe res olim habuit. *Cicero* Tuſc. lib. V. cap. 3. *Omnes qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant,* SAPIENTES *& habebantur & nominabantur; idque eorum nomen uſque ad Pythagoræ manavit ætatem; quem — Phliuntem*

Digitized by Google

res eſt ipſa, quæ quæritur; ſtudium verò, quod quærit. Ipſa igitur definitio, vel nominis ſignificatio, declarat Philoſophiam non eſſe ipſam [3] ſapientiam, dicam ne ſtudium quidem eſſe ſapientiæ, quo ſapientia non comprehenditur. Quis enim ſtudere dicatur ei rei, quam nullo modo poſſit attingere? Qui Medicinæ, aut Grammaticæ, aut Oratoriæ ſtudet, ſtudioſus ejus artis, quam diſcit, dici poteſt; ubi didicit, jam Medicus, jam Grammaticus, jam Orator dicitur. Sic oportuit & [4] ſtudioſos ſapientiæ, poſtquam didiciſſent, ſapientes nominari. Cùm autem ſtudioſi

tem ferunt veniſſe eumque cum Leonte (L. cumque *Leonte*) *principe Phliaſiorum doctè & copioſè diſſeruiſſe quædam*--& *ſe philoſophum* vocâſſe. Videſis & *Valerium Maximum* l. VIII. cap. VII, 2. *Quinctilianus* Inſt. Orat. lib. XII. cap. I. *Pythagoras non* ſapientem *ſe, ut qui ante eum fuerunt, ſed* ſtudioſum ſapientiæ *vocari voluit.* Non autem intelligo, cur philoſophi nomen, ut *inſolentiſſimum*, inſectetur idem lib. I. Prooem. pag. 3. *Nam verecundiæ cauſſa* ſtudioſos *ſe* ſapientiæ, *non* ſapientes *vocaverunt*, ut ait noſter lib. III. Div. Inſt. cap. 2. Utcunque ſit, cum Pythagoras hoc primus nomen invenerit, quod apud *Herodotum* lib. I. cap. 30. Crœſus Soloni dicit, ὡς ΦΙΛΟΣΟΦΕ´ΩΝ, τῆς πολλῆς θεωρίης ἕνεκεν ἐπελήλυθας, non poteſt, niſi per prolepſin, excuſari.

1. *Sapi-*

ſtudioſi ſapientiæ, quamdiu vivant, vocentur, apparet illud ſtudium non eſſe, quòd ad ipſam rem, quæ ſtudio petitur, non poteſt perveniri; niſi forte qui ad finem uſque vitæ, ut ſapiant, ſtudent, apud inferos ſapientes erunt. Omni autem ſtudio ſubjacet finis. Non eſt igitur id ſtudium rectum, quod non habet finem.

CAPUT XXXI.

PRÆTEREA duo ſunt, quæ cadere in Philoſophiam videntur, ſcientia & opinatio, quæ ſi auferantur, tota Philoſophia corruit. Atqui utrumque Philoſophiæ ipſi philoſophorum principes ademerunt. Scientiam Socrates, opinationem ſuſtulit Zeno. Videamus an recte

1. *Sapientia eſt, ut* Cicero *definivit, divinarum & humanarum rerum ſcientia*] *Tullius* Offic. lib. II. cap. 2. *Sapientia eſt, ut à veteribus philoſophis definitum eſt; rerum divinarum & humanarum, cauſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia.* Adi ſis & *Auguſtinum* contra Acad. lib. I. cap. 6. *Quinctilianus* Inſt. Orat. lib. I. cap. X. pàg. 56. *Sapientem formantes eum, qui ſit futurus conſummatus undique, &, ut dicunt, mortalis*

ctæ [1] ſapientia eſt, ut Cicero definivit, *divinarum & humanarum rerum ſcientia.* Quæ definitio ſi vera eſt, non cadit in hominem ſapientia. Quis enim mortalium hoc ſibi poſſit aſſumere, ut divina & humana ſcire ſe profiteatur? Humana omitto, quæ quamquam cum divinis connexa ſunt, tamen quia ſunt hominis, concedamus ut homo illa ſcire poſſit. Divina certè per ſe ſcire non poteſt, quia homo eſt: qui autem ſcit illa, divinus ſit neceſſe eſt, ac propterea Deus. Homo autem nec divinus, nec Deus eſt. [2] Non poteſt igitur perſcire homo divina. Nemo ergo ſapiens, niſi Deus, aut certè is homo, quem Deus docuit. Illi autem, quia nec Dii ſunt, nec à Deo docti, ſapientes ergo, id eſt, divinarum & humanarum rerum ſcientes eſſe non poſſunt.

Recte

lis quidam Deus non modo cognitione cœleſtium vel *mortalium* (Leg. *cœleſtium* & *mortalium*, nam utrorumque ſcientiam complectitur ſapientia) *putant inſtituendum, ſed per quædam parva—ducunt.* Omninò vide *Senecam* Epiſt. LXXXIX. Scribe verò, *ſapientia* SIT, ob Latinitatem.

2. *Non poteſt igitur perſcire homo divina*] Legendum *per ſe ſcire.* Supra: *Divina certè* PER SE SCIRE *non poteſt, quia homo eſt.*

 1. A

Recte igitur [1] à Socrate atque Academicis ſcientia ſublata eſt. [2] Opinatio quoque non congruit ſapienti. Id enim quiſque opinatur, quod ignorat. Opinari autem ſcire te, quod ignores, temeritas ac ſtultitia eſt. Recte igitur opinatio à Zenone ſublata eſt. Si ergo ſcientia in homine nulla eſt, & opinatio eſſe non debet, Philoſophia radicitus amputatur.

CAPUT

1. *A Socrate atque Academicis ſcientia ſublata*] Nimirum Socrates, quem ſecuti ſunt Academici, ἀνεκραγε πρὸς ἅπαντας, οὐχ ὅπως μὴ πάντα, (Particulâ μὴ deletâ, leg. οὐχ ὅπως πάντα) ἀλλὰ μηδ᾽ ὅλως εἰδέναι τὶ, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι οὐκ οἶδε. Verba ſunt *Luciani* in Hermotimo Tom. I. pag. 542. Et ob hanc *inſcientiæ ſcientiam* ſe ſapientiſſimum ab Apolline dictum cenſuit. Vide nos ad *Minucii Felicis* cap. XIII.

2. *Opinatio à Zenone ſublata eſt*] Zeno videlicet *errorem, & temeritatem, & ignorantiam*, & OPINATIONEM, & *ſuſpicionem, & uno nomine omnia, quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis, à virtute ſapientiaque removebat*, ut loquitur *Cicero* Acad. Quæſt. lib. I. cap. XI. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. cap. 4. & *Auguſtinum* contra Acad. lib. II. cap. 6, 7.

3. *Hinc Academia poſtmodum nata eſt*] Academiam recentiorem intelligit, ab Arceſila conditam. *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. II. pag. 179. Τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας νεωτέρους (Leg. νεωτέρους) ἀξιοῦσι τινὲς πάλαι ἀποδιδόναι τὴν ἀσφαλῆ πρὸς τὰς φαντασίας ἀποχήν. Leg. ἐποχήν. *Cicero* de Orat. lib. III. cap. 18. *Arceſilas primum,*

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

HUC accedit, quòd non eſt uniformis, ſed diviſa in ſectas, & in multas diſcrepanteſque ſententias diſſipata ſtatum non habet. Cùm enim ſingulæ alias omnes impugnent & affligant, nec ſit aliqua ex iis, quæ non, judicio cæterarum, ſtultitiæ condemnetur, utique diſcordantibus membris, corpus omne Philoſophiæ ad interitum deducitur. [3] Hinc Acade-

mum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris, ſermonibuſque Socraticis hoc maximè arripuit, nihil eſſe certè, (Leg. videtur *certi,*) *quod aut ſenſibus aut animo percipi poſſit ——— Hinc hec recentior Academia emanavit.* Idem lib. I. Acad. Quæſt. cap. 12. *Cum Zenone ——— Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia ——— ſed earum rerum obſcuritate, quæ ad confeſſionem ignorationis adduxerant* (Malim *adduxerat*) *Socratem, &* VELUTI AMANTES *Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè veteres* &c. Viderunt eruditi locum eſſe corruptum, cùm, Socratem ab Anaxagora, Empedocle, aliiſque veteribus jam pridem mortuis *amari*, prorſus ſit ἄτοπον. Quapropter reponunt, ET VELUT JAM ANTE SOCRATEM. Sed illud VELUT hic importunum aſt, ac omninò legendum, *&, jam ante Socratem, Democritum* &c. Olim videlicet in hoc loco varia fuit lectio, nonnullique Codices, *& jam ante*, alii, *ut jam ante Socratem*, præferebant. Annis autem volventibus, hæc ſcripturæ diverſitas, ad libri marginem vel inter lineas notata, in orationis ſeriem invaſit, unde factum *& vel*

Academia poſtmodum nata eſt. Nam cùm viderent ejus ſectæ principes omnem Philoſophiam, [1] Philoſophis invicem oppugnantibus, eſſe ſubverſam, ſuſceperunt adverſus omnes bellum, ut omnia omnium diſſolverent, nihil ipſi aſſentientes, niſi unum, nihil ſciri poſſe. Ita, ſublatâ ſcientiâ, Philoſophiam veterem ſubruerunt. Sed ne ipſi quidem philoſophorum nomen retinuerunt, qui ignorantiam fatebantur; quia neſcire omnia [2] non modò philoſophi, ſed ne hominis quidem ſit. Ita philoſophi, quia [3] nihil munimenti habent, mutuis ſe vulneribus

ex

ut jam ante Socratem; tandem verò, vocabulis malè diviſis litteraque perperam repetita, *& veluti amantes Socratem.* Hæc origo mendi, quod homines doctos habuit exercitos. *Pet.* quidem *Faber* fruſtra vulgatum tuetur; licet enim poſterior priorem jamdiu fato functum *amare* dici poſſit, contrà tamen non ullo modo queat intelligi. Sic *Ovidius* lib. II. de Arte Amat. vſ. 109.

Sis licet antiquo Nireus ADAMATUS *Homero*;

quem locum malè ſollicitat *Tan. Faber* lib. I. Ep. 54. Pariter enim *Plato* de Rep. lib. I. pag. 22. Ὅμηρος τὸν τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς μητρὸς πάππον Αὐτόλυκον ἈΓΑΠΑἶτε καὶ φησὶν &c. Aſt hæc obiter. De Academiarum numero vide *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 33.

1. *Philoſophis invicem oppugnantibus*] Lego *philoſophis* SE *invicem oppugnantibus.* Paullò poſt MS. *ſubrepêrunt*, ſed rectè *Pfaffius* repoſuit *ſuſcepêrunt*; niſi quod propius ad Codicis lectio-

extinguant, & ipſa tota Philoſophia ſuis ſe armis conſumat ac finiat. At enim ſola Phyſice labat. Quid illa moralis? Num aliquâ firmitate ſubnixa eſt? Videamus, [4] an philoſophi in hac ſaltem parte conſentiant, quæ ad vitæ ſtatum pertinet.

CAPUT XXXIII.

QUOD ſit in vita ſummum bonum quæri neceſſe eſt; ut ad illud vita omnis & actiones noſtræ dirigantur. Cùm de hominis ſummo bono quæritur, tale

lectionem reſcribendum ſit *ſubcepêrunt*.

2. *Non modo philoſophi*] Hoc eſt, non modo non philoſophi; particularum certè negantium poſterior non rarò ſubauditur. *Cicero* Tuſc. lib. I. cap. 36. *Mortuorum autem non modo vita commodis, ſed nè vita quidem ipſa quiſquam caret.* Et lib. II. cap. 5. *Quis eſt non modo recuſandus, ſed non ultro appetendus — dolor.* Multa ſunt hujuſmodi, de quibus vide *M. A. Muretum* Var. Lect. lib. X. cap. 7. & nos ad *Hirtii* lib. VIII. B.G. cap. 33.

3. *Nihil* munimenti] MS. perperam *monimenti*, quod à *Pfaffio* rectè mutatum.

4. *An philoſophi in hac ſaltem parte conſentiant*] Multiplices erant philoſophorum de ſummo bono ſententiæ, quarum præcipuas recenſet, & quibus nixæ ſint fundamentis docet *Tullius* in eximio volumine *de Finibus*. Vide ſis & Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 42. Tuſc. lib. V. cap. 30. *Clementem Alexandrinum* Strom. lib. II. p. 178. & *Auguſtinum* C. D. lib. XIX. cap. I.

 1. *Tale*

[1] tale conſtitui debet, primùm, ut id ad hominem ſolum pertineat, deinde, ut animi ſit proprium, proſtremò, ut virtute quæratur. Videamus ergo, an ſummum bonum, quod philoſophi determinant, tale ſit, ut nec mutum animal, nec corpus attingat, nec poſſit ſine virtute conquiri. Ariſtippus, [2] Cyrenaicæ ſectæ

1. *Tale conſtitui debet &c.*] Vide lib. III. Div. Inſt. cap. 9.

2. *Cyrenaica ſecta conditor*] Hæc ſecta, *Cyrenaica* dicta fuit à Cyrenis oppido Libyæ, ubi natus eſt Ariſtippus. Vide *Strabonem* lib. XVII. pag. 1194. & *Diogenem Laertium* lib. II. §. 65. ſeqq.

3. *Se pecudi* comparavit] Aſſimilavit, æquavit, ità *ut nihil inter eum pecudemque diſtaret*, quemadmodum loquitur noſter lib. III. Div. Inſt. cap. 8.

4. *Diodori dolere deſinere*] Noſter integram Diodori ſententiam non enarravit, cùm is *indolentiam honeſtati conjunxerit.* *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. II. pag. 178. Διόδωρος — τέλος ἀποφαίνεσθαι τὸ ἀοχλήτως ϗ καλῶς ζῆν. Videſis *Ciceronem* Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 42. Tuſc. lib. V. cap. 30. & de Fin. lib. II. cap. 6.

5. *Cum non dolent, aut* dolere *deſinunt, gaudent*] MS. *dolore deſinunt*; & paullò antè, *dolore deſinere*. Hunc ego, Cl. autem *Pfaffius* priorem locum rectè mutavit. Videtur autem noſter cum Epicuro facere, cui idem fuit indolentia, quod voluptas. Παράδοξον illud ſæpè redarguit *Cicero*; ſed ejus verba ponam ex lib. II. de Fin. cap. 5. ut obiter emendentur. *Si enim idem dicit* Epicurus, *quod Hieronymus — cur mavult dicere voluptatem quam vacuitatem doloris? ſin autem voluptatem* putat, dicat *adjungendam eam* (Leg. *ſin autem voluptatem*

Digitized by Google

ſectæ conditor, qui ſummum bonum eſſe cenſuit corporis voluptatem, de numero philoſophorum, deque cœtu hominum propellendus eſt, quia [3] ſe pecudi comparavit. Hieronymi ſummum bonum eſt nihil dolere, [4] Diodori, dolere deſinere. Sed cæteræ animantes dolorem fugiunt, &, [5] cùm non dolent, aut dolere deſinunt,

tatem putat adjungendam eam; ſiquidem *dicat*, vel ex verſu præcedente malè repetitum, vel ex variâ lectione natum, videtur) *quæ ſit in motu*, —— *quid* tendit? (MS. Scalig. *tundit*, leg. *confundit*?) *cùm efficere non poſſit, ut cuiquam, qui ipſe notus ſibi ſit — vacuitas doloris & voluptas idem eſſe videatur* &c. Vide & lib. III. Tuſc. cap. 20. Abſurdè nimirum ſcripſit Epicurus, ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Vide *Sextum Empiricum* adv. Mathem. pag. 54. & *Diogenem Laertium* lib. II. §. 89. ac lib. X. §. 139. Non autem ipſum dogma, ſed puram putam loquendi rationem inſectatur *Plutarchus* apud *Agellium* N. A. lib. II. cap. 9. *Non, inquit*, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, *ſed* παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ *dicere oportuit*; *detractio enim ſignificanda eſt doloris, inquit, non dolentis*. Et hanc *Plutarchi* reprehenſionem æquam cenſet *M. A. Muretus* Var. Lect. lib. II. cap. 16. Mihi contrà prorſus iniquam eſſe, nec ullo fundamento nixam, ſatis conſtat; nimirum παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις idem valet, ac παντὸς τοῦ ἀλγεῖν ποιοῦντος ὑπεξαίρεσις. *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς lib. I. §. 49. Ὅσον εἰς πολυτέλειαν πέπτωκεν, οὐκ ἀναγκαίαν ἔχειν φασὶ τὴν ὄρεξιν, οὐδ᾽ ἀπ᾽ ἈΛΓΟΥΝΤΟΣ τινος ἀναγκαίως γιγνομένην. Sic & *Philoſtratus* vit. Apol. lib. VII. cap. 36. Hoc idem plurimis verbis accidit, ut multis oſtendemus ad Tuſcul. lib. III. c. 31.

nunt, gaudent. Quid igitur homini dabitur eximium, ſi bonum ejus ſummum, commune cum belluis judicatur? [1] Zeno ſummum bonum putavit, cum natura congruenter vivere. At hæc definitio generalis eſt. Omnes enim animantes cum natura congruenter vivunt,

&

1. *Zeno ſummum bonum putavit cum natura congruenter vivere*] Cicero Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 42. *Honeſtum, quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno ſtatuit finem eſſe bonorum.* *Diogenes Laertius* lib. VII. §. 87. Πρῶτος ὁ Ζήνων, ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπȣ φύσεως, τέλος εἶπε τὸ ὁμολογȣμένως τῇ φύσει ζῆν. Auctorum hac de re diſſenſum notavit *Juſt. Lipſius* Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. II. Diſſert. 14. ſeqq. *Cicero* de fin. lib. II. cap. XI. Finis bonorum *Stoicis conſentire naturæ, quod eſſe volunt è virtute, id eſt, honeſtè vivere, quod ita interpretantur vivere cum intelligentia earum rerum, quæ* natura evenirent, eligente *ea, quæ eſſent ſecundum naturam*, rejicienteque contraria. Ex MSto Elienſ. leg. *quæ* naturæ convenirent, eligentem *ea quæ eſſent ſecundum naturam*, rejicientemque *contraria.* Zenonis nimirum ſententiam, qui Stoicorum princeps fuit, Stoicis omnibus adſcribit.

2. *Epicurus animi aſſeruit voluptatem*] Sic noſter etiam lib. III. Div. Inſt. cap. 7. Quod qui fieri potuerit, non intelligo, ſi *voluptatem, quam ſummum bonum eſſe ponit*, definierit σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, prout auctor eſt *Agellius* lib. IX. cap. 5. *Cicero* N. D. lib. I. cap. 40. *Nullam enim noviſtis* (Epicurei) *niſi profectam à corpore & redeuntem ad corpus, animi voluptatem.* Scilicet Epicurus ſibi non conſtat; interdum enim *negat jucundè poſſe vivi niſi cum virtute vivatur; negat ullam in ſapientem vim eſſe fortunæ; tenuem victum antefert copioſo; negat ullum*

eſſe

& eſt ſua cuique natura. [2] Epicurus animi aſſeruit voluptatem. Quid eſt voluptas animi, niſi gaudium, quo plerumque luxuriat animus, ac relaxatur vel ad luſum vel ad riſum? Sed hoc bonum etiam muta contingit, quæ, cum pabulis ſaturata ſunt, in gaudium & laſciviam reſolvuntur. [3] Dinoma-

eſſe tempus, quo ſapiens non ſit beatus: omnia philoſopho digna, ſed cum voluptate pugnantia. Quia & *eum diem, quo moritur, beatum appellat, maximiſque doloribus affectus, eos ipſos inventorum ſuorum memoria & recordatione confutat.* Verba ſunt *Ciceronis* Tuſc. lib. III. cap. 20. & lib. v. cap. 31. Vide & lib. II. Fin. cap. 30. Cum vero nihil niſi præſens ad corpora referatur, hinc ab Epicuro *animi voluptatem*, niſi fallor, aſſertam putavit *Lactantius* noſter; cui tamen *turpiſſimæ voluptatis* eſt *adſertor* l. III. D. I. c. XVI, 31. Sin autem Epicuro faves, adi ſis *Diogenem Laertium* l. x. §. 131.

3. *Dinomachus & Calliphon honeſtam voluptatem probaverunt*] Noſter lib. III. Div. Inſt. cap. 7. *Calliphon & Dinomachus*, Cyrenaici, *honeſtatem cum voluptate junxerunt*. Verbo *Cyrenaici* litem movet *Iſæus*, ſeque non intelligere fatetur, quomodo hi philoſophi, qui honeſtatem cum voluptate jungebant, Cyrenaïci dicantur. Reverà tamen eandem cum Cyrenaicis opinionem fovebant. Illa diſciplina ſummum bonum in voluptate collocabat. Similiter Δεινόμαχος καὶ Καλλιφῶν τέλος εἶναι ἔφασαν πᾶν τὸ καθ' αὐτὸν ποιεῖν ἕνεκα τοῦ ἐπιτυγχάνειν ἡδονῆς, καὶ τυγχάνειν. Verba ſunt *Clementis Alexandrini* Strom. lib. II. pag. 178. Attamen *aiunt Cyrenaici, virtutem ipſam ex eo eſſe laudandam, quod ſit efficiens voluptatis*, ut loquitur *Lactantius* Div. Inſt. III, 8. Pari modo κατὰ τοὺς περὶ Καλλιφῶντα ἕνεκα μὲν τῆς ἡδονῆς παρεισῆλθεν ἡ ἀρετή· χρόνῳ δὲ ὕστερον τὸ περὶ αὐτὴν

nomachus & Callipho honeſtam voluptatem probaverunt, ſed aut [1] idem dixerunt, quod Epicurus, ut corporis ſit voluptas inhoneſta, aut ſi corporis voluptates, alias turpes, alias honeſtas putaverunt, jam non eſt ſummum bonum, quod corpori adſcribitur. Peripatetici ex bonis animi & corporis & fortunæ ſummum bonum conflant. Animi bona probari poſſunt. Sed ſi auxilio indigent ad complendam beatitudinem, utique imbecilla ſunt.

τὴν (Leg. αὐτὴν) κάλλος καταδῦσαι, ἰσότιμον ἑαυτὴν τῇ ἀρχῇ, τουτέστι τῇ ἡδονῇ, παρέχειν, quemadmodum paullo poſt teſtatur doctiſſimus Στρωματεύς. A Cyrenaicis tamen Calliphontem diſtinguit *Cicero* Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 42. ac lib. II. Fin. cap. XI. Vide ſis & Tuſc. lib. V. cap. 31. Certè ſi noſter eos Cyrenaicis adnumeràſſet, *corporis voluptatem, inhoneſtam* ab iis cenſeri poſſe non crediadiſſet. Quapropter vox *Cyrenaici* prorſus eſt delenda, nec in MSto *Gothano* comparet.

1. *Idem dixerunt quod Epicurus, ut corporis ſit voluptas inhoneſta*] Itane vero? an Epicurus dixit *corporis voluptatem inhoneſtam eſſe*? Nullo modo; is enim ſtatuit, *nec gaudere quemquam niſi propter corpus, nec dolere*. Vide *Ciceronem* lib. II. Fin. cap. 30. Idem cap. 7. hanc refert Epicuri κυρίαν δόξαν. *Si ea, quæ luxurioſis* (leg. *quæ* ſunt *luxurioſis* ex MSto c.c.c. & vett. editt.) *efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum & mortis & doloris metu, docerentque qui eſſent fines cupiditatum*; nihil hæreremus, (ſic *Victorius* & *Gruterus*; at *Manucius* & *Lambinus* benè dant, *nihil haberem*, *quod*

ſunt. Corporis verò atque fortunæ [2] non ſunt in hominis poteſtatem, nec jam ſummum bonum eſt, quod aut corpori aut extra poſitis aſſignatur; quia & pecudes attingit hoc duplex bonum, quibus opus eſt, ut & bene valeant, & victu non indigeant. Stoici aliquanto melius ſenſiſſe creduntur, [3] qui ſummum bonum virtutem eſſe dixerunt. Sed virtus non poteſt eſſe ſummum bonum, quoniam, [4] ſi malorum laborumque tolerantia eſt, beata per ſe non

quod reprehenderem, licet cum *M. Meibomio* malim *nihil haberemus, quod reprehenderemus*, nam Græcè dicitur οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν, ὅ, τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς. Vide *Diogenem Laertium* lib. X. §. 142.) *cùm undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut ægrum, id eſt autem malum.* Si vel adhuc de Epicuri ſententia dubites, adi modo *Ciceronem* Tuſc. lib. III. cap. 18, 20. & Fin. lib. II. cap. 10.

2. *Non ſunt in hominis* poteſtatem] Sic MS. Cl. *Pfaffius* hoc tanquam minus Latinum rejecit & edidit *in hominis poteſtate*; quod nollem factum. Pariter enim *Cicero* Divin. in Cæcil. cap. 20. *Eſſe in amicitiam populi Romani* dixit; & *eſſe in vadimonium* pro Quinctio cap. 5. ubi plura *Paſſeratius*. Sed, quod rem extra dubitationis aleam ponit, ſimiles loquendi rationes olim protulit *Agellius* N. A. lib. I. cap. 7.

3. *Qui ſummum bonum virtutem eſſe dixêrunt*] Vide *Juſt. Lipſium* Manud. ad Philoſ. Stoicam lib. II. Diſſert. 18.

4. *Si malorum laborumque tolerantia eſt*] Lucem affert

non eſt, ſed efficere aut procreare ſummum bonum debet; quia perveniri ad illud ſine difficultate ac labore maximo non poteſt. At verò Ariſtoteles longe à ratione aberravit,[1] qui honeſtatem virtuti copulavit; quaſi aliquando virtus aut ab honeſtate ſecerni, aut turpitudini poſſet adjungi. [2] Herillus Pyrrhonius ſcientiam fecit ſummum bonum. Hæc quidem & hominis & animi ſolius eſt, ſed poteſt ſine virtute contingere. Nec enim beatus putandus eſt, qui vel auditu aliquid didicerit,[3] vel parva lectione cognove-

affert *Cicero* Tuſc. lib. II. cap. 17. *Vide, nè, cum omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellantur, non ſit hoc proprium nomen omnium, ſed ab ea, qua una* (ſic enim ex MStis leg. non *una, qua*) *ceteris excellebat, omnes nominata ſint; appellata eſt enim ex viro virtus; viri autem propria maximè eſt fortitudo, cujus duo munera ſunt maxima, mortis doloriſque contemtio.* Nimirum, ut olim dixit *Euripides*, ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων. Vide *Stobæum* Serm. XXIX. pag. 198, & 202.

1. *Qui honeſtatem virtuti copulavit*] Sic lib. III. Div. Inſt. cap. 7. *Ariſtoteles in honeſtate ac virtute ſummum bonum collocavit.* Stagirites videlicet τέλος ἐν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ, quam definitionem explicat ipſe lib. I. Ethic. Nicom. cap. 6, ſeqq. Eodem redit ac memorata Peripateticorum ſententia, quam Ariſtoteli jure tribuunt *Clemens*, *Theodoretus* & alii.

2. Herillus *Pyrrhonius*] Sic

noverit, nec eſt ſummi boni definitio, quia poteſt eſſe aut rerum malarum, aut certè inutilium ſcientia. Et ſi ſit bonarum & utilium, quam labore ſis aſſecutus, ſummum tamen bonum non eſt, quia non propter ſe expetitur ſcientia, ſed propter aliud. [4] Nam idcirco artes diſcuntur, ut ſint nobis aut victui, aut gloriæ, aut etiam voluptati, quæ utique ſumma bona eſſe non poſſunt. Ergo ne in Ethica quidem philoſophi regulam tenent, quandoquidem in ipſo cardine, id eſt, [5] in ea diſputatione, quâ vita formatur,

Sic legendum non *Eryllus*; Ἥριλλος enim Græcè, non Ἥρυλλος nominatur. Cur autem *Pyrrhonius* vocetur, non intelligo; nam licet τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιάφορα εἶναι cenſuit, (quæ fuit etiam Pyrrhonis ſententia) Pyrrho tamen ἀκαταληψίαν induxit, cùm Herillus ſcientiam finem fecerit, ut præter *noſtrum*, *Ciceronem* & *Diogenem Laertium* tradit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. II. pag. 179.

3. *Vel* parva *lectione cognoverit*] Quid ſi *magna*? num propterea finis erit ſcientia? Legendum puto, *vel* PRIVA *lectione cognoverit*, hoc eſt, privatâ, propriâ.

4. *Nam idcirco artes*] Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. cap. VIII. 25.

5. *In eâ diſputatione, quâ vita formatur*] Nam vita plerumque pro ratione finis ordinatur, ideoque *nonnulla diſciplina*, ut ait *Cicero* Offic. lib. I. cap. 2. PROPOSITIS *bonorum & malorum finibus officium omne pervertunt*. Lege *præpoſteris*, ut diſertè repræſentat

tur, inter ſe pugnant: nec enim poſſunt paria eſſe aut ſimilia præcepta, cùm alii forment ad voluptatem, alii ad honeſtatem, alii verò ad naturam, alii ad ſcientiam, alii ad quærendas, alii ad fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii ad patientiam malorum; in quibus omnibus, ſicut ſuperiùs oſtendi, à ratione declinant, quia Deum neſciunt.

CAPUT XXXIV.

VIDEAMUS nunc, [1] quid ſit ſummum bonum, quod ſit propoſitum ſapienti

tat MS. *Elienſ.* quod eo monendum duxi, nè certiſſima viri docti conjectura, tanquam Codicibus haud nixa, cum *Gravio* rejicula cenſeatur.

1. *Quid ſit* ſummum bonum, *quod ſit propoſitum ſapienti* ſummum bonum] Non opus eſt ut Lynceus ſit, qui videat *ſummum bonum,* vel priore vel poſteriore loco poſitum, prorſus abundare. Legendum igitur, *quid ſit ſummum bonum, quod ſit propoſitum ſapienti*, duarum vocularum ſequentium ratione non habitâ; nam ex ora Codicis in orationis ſeriem pervenêre.

2. *Sed omnium — eſſe natos*] Verba ſunt *Ciceronis* lib. I. de Legg. cap. 10.

3. *Cum ſimus animal ſociale atque* commune] Come, mutuis officiis præſtandis deſtinatum. *Sextus Aurelius Victor* de Cæſar. cap. XXI. Antoninus *patiens*, COMMUNIS, *tranquilluſque.* Ejuſdem Epitoma de Perti-

ſapienti ſummum bonum. Ad juſtitiam naſci homines non modò litteræ ſacræ docent, verùm etiam idem ipſi philoſophi nonnunquam fatentur. Cicero ſic ait: [2] *Sed omnium, quæ in doctorum hominum diſputatione verſantur, nihil eſt profectò præſtabilius, quàm planè intellegi nos ad juſtitiam eſſe natos.* Eſt hoc veriſſimum. Nec enim ad ſcelus naſcimur; [3] cùm ſimus animal ſociale atque commune. Feræ ad ſævitiam gignuntur. Aliter enim nequeunt quàm præda & ſanguine victitare. Eaſdem tamen etſi ultima fames urgeat, nihilominus [4] generis

Pertinace cap. 18. Communem *aſſatu, convivio, inceſſu præbebat. Corn. Nepos* Miltiad. cap. VIII. *In Miltiade erat cùm ſumma humanitas, tum mira* COMMUNITAS; ſic enim ex nonnullis Codd. legendum, haud *comitas*, ut rectè ſtatuit vir doctiſſimus *Joan. Clericus* Art. Crit. P. III. S. I. C. VII, 7. quem vide, ut & *Iſ. Caſaubonum* ad *Suetonii* Claudium cap. XXI. Nimirum *retentio ſocietatis eſt* communitas, *id eſt, auxilium præſtare, ut poſſimus accipere,* prout ait *Lactantius* Div. Inſt. lib. VI. cap. 10.

4. *Generis ſui animalibus parcunt. Idem faciunt & aves*] Noti tamen ſunt hâc de re verſus *Heſiodi* Op. & Dier. vſ. 277. quos paullò poſt adducturus *Porphyrius*, ſic præfatur de Abſtin. lib. I. cap. 5. Ἡμῖν τοῖς ἡμέροις καὶ φιλανθρώποις ζῆν ἀρκοῦσιν, ποῖον ἔργον ἀπολείπεται γῆς, ποῖον ἐν θαλάττῃ, τίς ἐναργὴς τέχνη, τίς κόσμος διαίτης, ἂν ὡς πρὸς ὁμόφυλα,

ris ſui animalibus parcunt. Idem faciunt & aves, quas aliorum viſceribus paſci neceſſe eſt. Quantò magis hominem, qui cum homine & commercio linguæ, & communione ſenſus copulatus eſt, parcere homini oportet, eumque diligere! [1] Hæc eſt enim juſtitia. Sed quoniam ſoli homini ſapientia data eſt, ut Deum intelligat, & hæc ſola hominis mutorumque diſtantia eſt, duobus officiis obſtricta eſt ipſa juſtitia. Unum Deo debet ut patri, alterum homini velut fratri. Ab eodem enim Deo geniti ſumus. [2] Meritò ergo ac recte dictum eſt, ſapientiam eſſe divinarum & humanarum rerum ſcientiam.

φυλα, τὰ ζῶα διακειώμεθα, ἀβλαβῶς ϗ μετ᾽ εὐλαβείας αὐτοῖς προσφερώμεθα· εἰπεῖν γὰρ ἔργον ὐδὲν ὐδὲ φάρμακον (Leg. ἂν ὡς πρὸς ὁμόφυλα, τὰ ζῶα διακειώμεθα ἀβλαβῶς ϗ μετ᾽ εὐλαβείας αὐτοῖς προσφερώμεθα, εἰπεῖν ἔργον· ὐδὲν γὰρ ὐδὲ φάρμακον) ὐδὲ ἴαμα τῆς τὸν βίον ἀναιρὔσης ἀπορίας, εἰ τὴν (Leg. ἢ τὴν) δικαιοσύνην ἔχομεν, ἂν μὴ τὸ ἀρχαῖον νόμον ϗ ὅρον φυλάττωμεν· ὡς (Leg. ὃν) καθ᾽ Ἡσίοδον ὁ Ζεὺς τὰς φύσεις διελὼν ϗ θέμενος ἴδια τῶν γενῶν ἑκάτερον, Ἰχθύσι μὲν ϗ θηρσὶν &c. Hæc autem, pauculis mutatis, deſumta ſunt ex *Plutarcho* de Solert. Anim. pag. 964. Noſter autem piſcium non meminit, quia

——— *Piſces ſæpè minutos*
Magnu' comeſt —

ut ait *Varro* apud *Nonium* voce *comeſt*. Vide Parœmiographos in *Piſcium vita*, à quibus ſua mutuatus eſt *Joach. Kuhnius* ad *Æliani* Var. Hiſt. lib. I. cap. 1.

1. *Hæc*

tiam. Oportet enim ſcire nos quid Deo, quid homini debeamus; Deo ſcilicet religionem, homini charitatem. Sed illud ſuperius ſapientiæ, hoc poſterius virtutis eſt; & utrumque juſtitia comprehendit. Si ergo conſtat ad juſtitiam naſci hominem, neceſſe eſt juſtum malis eſſe ſubjectum, ut virtutem, quâ eſt prædiτus, in uſu habeat: virtus enim malorum ſuſtinentia eſt. Voluptates fugiet ut malum; opes contemnet, quia fragiles ſunt; [3] ſi habuerit, dilargietur, ut miſeros ſervet; honores non appetet, quia ſunt breves & caduci; injuriam nulli faciet; ſi fuerit paſſus, non retribuet, & diripientem ſua

1. *Hæc enim eſt juſtitia*] Vide *Ciceronem* Offic. lib. I. cap. 7. & de Fin. lib. III. cap. 20.

2. *Merito ergo ac rectè dictum eſt, ſapientiam* &c.] Hanc tamen *ſapientiæ* definitionem ſupra repudiârat cap. XXXI. Non tamen ipſe ſibi repugnat, licet aliter ſtatuat Cl. *Pfaffius* Diſſert. §. 24. Ibi enim contendit, hominem per ſe ad ſapientiam pervenire non poſſe, ſi ſit ea, divinarum & humanarum rerum ſcientia. Hic autem officium recenſet ejus, qui libris θεοπνεύστοις eſt inſtructus; nam, juxtà *Firmianum* noſtrum, *ſcientia ab ingenio venire non poteſt, nec cogitatione comprehendi.* Vide lib. III. Div. Inſtit. cap. 3.

3. *Si habuerit*] Cl. *Pfaffio* dederat, *&*, *ſi habuerit*; ſed nos particulam copulantem delevimus, cùm neceſſaria non ſit, & eâ careat MStus.

ſua non perſequetur: [1] nefas enim judicabit hominem lædere; & ſi quis extiterit, qui cogat deſciſcere à Deo, nec cruciatus, nec mortem recuſabit. Ita fiet, ut eum neceſſe ſit & inopem, & humilem, & in contumeliis, aut etiam cruciatibus vivere.

CAPUT XXXV.

Quis igitur erit fructus juſtitiæ atque virtutis, ſi nihil habebit in vita niſi malum? Quod ſi virtus, quæ bona omnia terrena contemnit, [2] mala univerſa ſapientiſſimè perfert, ipſamque mortem pro officio ſuſcipit, ſine præmio eſſe

1. *Nefas enim* judicabit] Ita rectè Cl. *Pfaſſius*. In MSto perperam *judicavit*; & Epitomes hujuſce Librarius has litteras paſſim confudit.

2. *Mala univerſa* ſapientiſſimè *perfert*] Lego *patientiſſimè perfert*. *Cicero* Tuſc. lib. II. cap. 17. *Virorum eſſe fortium, & magnanimorum, & PATIENTIUM & humana vincentium, toleranter dolorem pati.* Ac cap. XXI. *Hac cogitatio, quid PATIENTIA, quod fortitudine, quid magnitudine animi digniſſimum ſit, non ſolum animum* comprimit (Lego *componit*. Vide *Senecam* Conſ. ad Helv. cap. XVI.) *ſed ipſum etiam dolorem neſcio quo pacto mitiorem facit.* Hinc ejuſdem libri cap. XXII. reſcribendum, *nec verò unquam nè ingemiſcit quidem vir fortis & PATIENS, non ſapiens,*

Digitized by Google

eſſe non poteſt, quid ſupereſt, niſi merces ejus immortalitas ſola ſit? Nam [3] ſi cadit in hominem beata vita, ut philoſophi volunt, in eo ſolo non diſſidentes, cadit ergo & immortalitas. Id enim ſolum beatum eſt, quod incorruptum; id ſolum incorruptum, quod æternum. Immortalitas ergo eſt ſummum bonum, quia & hominis, & animi, [4] & virtutis eſt. Tantum ad hanc dirigimur, ad hanc capiendam nati ſumus. Idcirco nobis Deus virtutem, juſtitiamque proponit, ut æternum illud præmium noſtris laboribus aſſequamur. De ipſa verò [5] non mortalitate ſuo loco diſſeremus. Reſtat λογικὴ philoſophia, quæ [6] ad beatam vitam nihil

ſapiens, ut præ ſe ferunt editi.

3. *Si cadit in hominem*] Sic præclarè reſtituit Cl. *Pfaffius*. Habet MStus, *ſic ait in homine*, quod nullum parit ſenſum.

4. *Et virtutis eſt. Tantum ad hanc dirigimur*] Interpunctione mutatâ, legendum, *& virtutis eſt tantum. Ad hanc dirigimur* &c. Vide ſupra cap. XXXIII.

5. *Non mortalitate*] Hoc eſt, immortalitate. Sic *Cicero* Fam. IV, 12. *non jucundiſſimum nuncium* pro injucundiſſimo dixit; & *noncorpus* pro incorporeo Acad. Quæſt. lib. I. cap. XI. De re ipſa vide ſis hujus Epitomes cap. LXX.

6. *Ad beatam vitam--ſed in corde atque ſenſu*] VITAM, quæ vox deerat in MSto, benè ſupplevit Cl. *Pfaffius*

Digitized by Google

hil confert: ſapientia enim [1] non in ſermonis ornatu, ſed in corde atque ſenſu. Quod ſi & phyſica ſupervacua eſt, & hæc logica; in ethica verò, quæ ſola neceſſaria eſt, philoſophi erraverunt, [2] qui ſummum bonum nullo modo invenire potuerunt, inanis igitur & inutilis omnis Philoſophia reperitur, quæ nec rationem hominis comprehendere, nec officium potuit munuſque complere.

CAPUT XXXVI.

QUONIAM de Philoſophia dixi breviter, nunc etiam de philoſophis pauca

Pfaffius. At malè dederat, *in corde atque ſenſu* CONSISTIT; nam ultimi illius vocabuli nullum eſt in unico Codice veſtigium, & *verbum ſubſtantivum* facilè poteſt ſubaudiri.

1. *Non in ſermonis ornatu*] Ad Rhetoricam, non ad Logicam, pertinet *ſermonis ornatus*. Sed ita locutus eſt noſter, quià Logicam veteres definierint *loquendi*, vel *differendi rationem*. Vide *Ciceronem* de fato cap. 1. & noſtrum lib. III. Div. Inſt. cap. 13.

2. *Qui ſummum bonum*] Legendum puto, *quia ſummum bonum*; hinc enim philoſophos in rebus Ethicis labâſſe ſupra probavit noſter cap. XXXIII.

3. *Doctrina hæc eſt, inprimis nullam*] Interpunge, *doctrina hæc eſt in primis, nullam eſſe providentiam:* κυρίων enim δοξῶν hæc erat prima. Vide *Diogenem Laertium* lib. X. §. 139.

4. Nam

pauca dicam. Epicuri [3] doctrina hæc eſt, inprimis nullam eſſe providentiam. Et idem Deos eſſe non abnuit. Utrumque contra rationem. [4] Nam ſi ſunt Dii, eſt igitur providentia. Aliter enim Deus intelligi non poteſt, cujus eſt proprium providere. *Nihil*, inquit, *curat*. Ergo [5] non modo humana, ſed ne cœleſtia quidem curat. Quomodo igitur, aut unde eſſe illum affirmas? excluſa enim providentia curaque divina, conſequens erat ut non eſſe omnino Deum diceres. [6] Nunc eum verbo reliquiſti, re ſuſtuliſti. Unde ergo rerum natura eſt, ſi Deus nihil curat? *Semina*, inquit, *ſunt minuta*,

4. Nam *ſi ſunt Dii*] Eſt à Cl. *Pfaffio*; MS. enim, *ſed ſi ſunt Dii.* Quæ quidem lectio clariſſimè docet, aliquid ob ὁμοιοτέλευτον excidiſſe, quod orationi complendæ neceſſarium videtur. Has igitur vel ſimiles voces omiſerat Librarius. *Utrumque contra rationem.* NON SUNT DII, SI NULLA EST PROVIDENTIA; *ſed ſi ſunt Dii, eſt igitur providentia.* Locum perpendat Lector ingenioſus, &, niſi fallor, mecum ſentiet.

5. *Non modo humana*] Idem hic valet ac *non modo non humana*, cujus locutionis exempla jam ante protulimus. Vide nos ad cap. XXXII. & *G. J. Voſſium* de Conſtr. cap. LXIII.

6. *Nunc eum* verbo reliquiſti, re ſuſtuliſti] Habet à *Cicerone* lib. I. N. D. cap. 30. *Video nonnullis videri, Epicurum, nè in offenſionem Athenienſium caderet,* VERBIS RELIQUISSE DEOS, RE SUSTULISSE. Sic & cap. XLIV.

ta, quæ nec videri, nec tangi poſſunt, quorum coitu fortuito & orta ſunt omnia, & ſemper oriuntur. Si nec videntur, nec ulla corporis parte ſentiuntur, unde eſſe illa ſcire potuiſti? Deinde ſi ſunt, quâ mente conveniunt, ut aliquid efficiant? Si ſunt lævia, cohærere non poſſunt; ſi hamata & angulata, ergo [1] ſecabilia ſunt. Hami enim & anguli extant & poſſunt amputari. Sed hæc [2] delira & inutilia. Quid quod idem animas extinguibiles facit; quem refellunt non modo philoſophi omnes & publica perſuaſio, verùm etiam reſponſa vatum, carmi-

XLIV. *Epicurus* RE *tollit*, ORATIONE *relinquit. Deos.* Et meritò quidem hanc ſententiam tulerunt viri ſapientes; *nam qui nihil aſpici à Deo affirmant, propè eſt ut cui aſpectum adimunt, etiam ſubſtantiam tollant, & quem dicunt omninò nil cernere, dicant etiam omninò non eſſe,* prout ait *Salvianus* de Gubern. Dei lib. IV. cap. 9.

1. *Secabilia ſunt*] Quarè non ſunt ἄτομοι, quod voluit Epicurus, & noſter hic monere neglexit.

2. *Delira & inutilia*] *Inutilia* pro noxiis & damnoſis. *Plinius* H. N. lib. XXII. cap. 24. *Mel — oculis per ſe* inutile *aliqui arbitrantur.* Ac iterum de aqua mulsâ. *Tranſit in vinum —— ſtomacho* inutiliſſimum, *nervisque contrarium.* Hanc vocis hujuſce poteſtatem multis firmavimus ad *Hirtii* Comment. de Bell. Alex. cap. LXV. Eodem ſenſu ἐκλυτικὰς dicunt Græci. Vide *Porphyrium* de Abſtin. lib. I. §. 8.

3. *Quid*

carmina Sibyllarum, ipſæ denique divinæ voces Prophetarum; ut mirum ſit extitiſſe unum Epicurum, qui cum pecoribus ac belluis ſortem hominis æquaret. [3] Quid Pythagoras, qui primus eſt philoſophus nominatus, qui animas quidem immortales eſſe, in alia tamen corpora vel pecudum, vel avium, vel beſtiarum commeare *ſtatuit*. [4] Non ſatius fuerat eas cum ſuis corporibus extingui, quàm ſic ad aliena damnari; ſatius omnino non eſſe, quàm poſt hominis formam, vel ſuem vel canem vivere? Et homo ineptus, ut fidem dicto adderet, ſeipſum Trojano bello

3. *Quid Pythagoras*--QUI *animas — commeare* ſtatuit. *Non ſatius fuerat*] MS. habet *commeare non ſatius fuerat*; hunc igitur verbi defectum ſuo more ſupplevit Cl. *Pfaffius*. Mihi totus locus ſic legendus videtur. *Quid? Pythagoras, qui primus eſt philoſophus nominatus*, VOLUIT *animas quidem immortales eſſe, in alia tamen corpora vel pecudum vel avium commeare. Non ſatius fuerat* &c. Nota eſt Pythagoræ περὶ μετεμψυχώσεως opinio, quam ab Ægyptiis mutuam ſumſiſſe teſtatur *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VI. pag. 268. Omninò vide quæ ex *Platone* refert *Euſebius* Præp. Evang. lib. XIII. cap. 16.

4. *Non ſatius fuerat*] Cl. *Pfaffius* edidit, *Nonne ſatius fuerat*. Abſque cauſſa quidem ſonticâ, prout abunde docebit vel *Phil. Parei* Lexicon *Plautinum*. Dein hoc modo ῥῆσις hæc eſt diſtinguenda: *Non ſatius fuerat, eas cum ſuis corporibus extingui*

Digitized by Google

bello Euphorbum fuiſſe dixit, quo occiſo, [1] in alias figuras animalium tranſiiſſe, poſt rem Pythagoram factum. O felicem, cui ſoli tanta memoria conceſſa eſt, vel potius infelicem, cui tranſlato in pecudem non licuit neſcire, quid fuerit! Atque utinam ſolus delirâſſet. Invenit etiam, qui crederent, [2] & quidem indoctos homines, ad quos ſtultitiæ tranſiret hæreditas.

CAPUT XXXVII.

POST hunc Socrates Philoſophiæ te-

tingui, quam ſic ad aliena damnari? Satius omnino non eſſe, quàm — canem vivere. Nam ſuæ ἐρωτήσει reſponſum dat *Firmianus* noſter.

1. *In alias figuras animalium tranſiſſe*, poſt rem *Pythagoram factum*] Omninò legendum, *poſtremo Pythagoram factum.* Occiſum verò Euphrobum *in alias figuras animalium tranſiiſſe* nullus dixit; ſed Pythagoras πρῶτον μὲν Εὔφορβος ἔλεγε γενέσθαι· δεύτερον δ' Αἰθαλίδης· τρίτον Ἑρμότιμος· τέταρτον δὲ Πύῤῥος· νῦν δὲ Πυθαγόρας. Verba ſunt *Porphyrii* vit. Pythag. §. 45. Licet autem de virorum nominibus inter auctores non conveniat, nemo tamen Beſtias aliquas, in quas Euphorbus tranſivit, memorat. Vide ſis *Æg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. VIII. §. 20. Videtur autem noſter Pythagoram cum Empedocle confudiſſe, qui de ſe fatus eſt:

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην
κοῦρός τε κόρη τε,
Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ
ἐξ

tenuit principatum, [3] ſapientiſſimus etiam oraculo dictus, quia ſe fatebatur unum ſcire, quod nihil ſciret. Cujus Oraculi auctoritate abſtinere ſe phyſicos oportebat, ne aut quærerent ea, quæ ſcire non poterant, aut ſcire ſe putarent, quæ ignorabant. Videamus tamen an ſapientiſſimus Socrates, ſicut Pythius prædicavit. Uſurpabat hoc ſæpe proverbium, *quod ſupra nos, nihil ad nos pertinere.* Jam [4] exceſſit ſententiæ ſuæ terminos: nam, qui unum ſe ſcire dicebat, aliud invenit, quod tanquam ſciens di-

ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.
Laudantur ab *Athenæo, Clemente*, & aliis.

2. *Et quidem* indoctos *homines*] Leg. *&* *quidem* doctos *homines*; quis enim putet *Firmianum* noſtrum Pythagoreos omnes in *indoctorum* numero poſuiſſe?

3. *Sapientiſſimus etiam oraculo dictus, quia ſe fatebatur* &c.] Oraculum fuit hujuſmodi

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Cicero Acad. Quæſt. lib. I. cap. 4. *Nihil ſe ſcire dicat* (Socrates) *niſi id ipſum — ob eamque rem ſe arbitrari ab Apolline omnium ſapientiſſimum eſſe dictum, quod hæc eſſet una omnis* (cum *Lambino* legendum *una hominis*) *ſapientia, non arbitrari ſe ſcire, quod neſciat.* Vide *Platonis* Apol. pag. 360. ed. Lugd. & nos ad *Minucii Felicis* cap. XIII.

4. *Exceſſit* ſententiæ *ſuæ terminos*] Licet non prorſus abſurda ſit hæc lectio; puto tamen *Firmianum* noſtrum ſcripſiſſe, SCIENTIÆ *ſuæ terminos.*

5. *Sed*

diceret; [1] ſed id fruſtra. Nam & Deus, qui utique ſupra nos eſt, quærendus eſt, & religio ſuſcipienda, quæ ſola nos diſcernit à belluis; [2] quam quidem Socrates non modò repudiavit, verùm etiam deriſit, per anſerem canemque jurando; quaſi verò per Æſculapium non poſſet, cui voverat gallum? En ſapientis viri ſacrificium! Et [3] quia eum proſecrare ipſe non potuit, amicos moriturus oravit, ut poſt

1. *Sed id fruſtra; nam & Deus*] Immò fruſtrà prorſus eſt noſter, qui dictum hoc Socratis inclementer exagitat, nec optimi illius viri mentem percepit. Is enim, cum Phyſicos & Meteorologos inter ſe perpetuo diſſentire, nec certi quidquam reperire poſſe cerneret, *Philoſophiam de cœlo devocavit*, & ad res humanas tranſtulit; unde factum eſt, ut dixerit, QUOD SUPRA NOS, NIHIL AD NOS. Vide *Minucium Felicem* cap. XIII. & *Theodoritum* Therap. IV. pag. 60. Hinc *omnis ejus oratio*, ut ait *Cicero* Acad. I, 4. tum *in virtute* (Leg. *tantum in virtute*) *laudanda, & in omnibus hominibus ad virtutis ſtudium cohortandis conſumebatur*, *ut è Socraticorum libris maximeque* Platonis *intelligi poteſt*. Vereor nè grave mendum lateat, quod interpretes fugit; quî enim hoc ex Platonis libris maximè poteſt intelligi, cùm apud eum *Socrates* PHYSICA *& Muſica & Geometrica differit?* Scribendum credo, *maximeque* Xenophontis *intelligi poteſt*; nam Xenophon *negat Socratem de cœli atque naturæ cauſis rationibuſque umquam diſputaviſſe, ac nè diſciplinas quidem ceteras, quæ μαθήματα Græci appellant, quæ ad benè beateque vivendum non pergerent, aut attigiſſe, aut comprobaſſe*. Verba ſunt *A. gellii* N. A. lib. XIV. cap. 3.

poſt ſe ſolverent votum, ſcilicet ne apud inferos velut debitor teneretur. Hic profecto & pronunciavit, quod nihil ſcierit, & probavit.

CAPUT XXXVIII.

HUJUS auditor Plato, [4] quem *deum philoſophorum* Tullius nominat, qui ſolus omnium ſic philoſophatus eſt, ut

3. Adi ſis & ipſum *Xenophontem* Memor. l. I. c. I. §. XI.

2. *Quem quidem Socrates non modò repudiavit, verùm etiam deriſit, per anſerem canemque jurando*] Ergà Socratem aliter ſe geſſit *Lactantius*, quàm egregia viri virtus poſtulabat. Æquior multò fuit Apollonius apud *Philoſtratum* lib. VI. cap. 19. qui Socratem vocat θεῖον κὴ ἀτεχνῶς σοφὸν, non enim per canem & anſerem jurabat ὡς θεὺς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεὺς ὄμνυ. Vide *Auguſtinum* de Ver. Relig. cap. 2. & *Deſ. Heralduin* ad *Tertulliani* Apol. cap. 14.

3. *Quia eum proſecrare ipſe non potuit, amicos moriturus oravit, ut* poſt ſe *ſolverent votum*] Primò legendum *proſecare*. Vide nos ad cap. XXIII. Deinde verò, *ut* PRO SE *ſolverent votum*. *Lactantius* noſter Div. Inſt. lib. III. cap. 20. *Ante mortem familiares ſuos rogavit, ut Æſculapio Gallum, quem voverat,* PRO SE *ſacrarent*. Apud *Platonem* in extremo Phædone p. 402. Socrates ait, Ὦ Κρίτων, τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα· ἀλλὰ ἀπόδοτε, κὴ μὴ ἀμελήσητε. Adi *Tertullianum* Apol. cap. XLVI.

4. *Quem* Deum philoſophorum *Tullius nominat*] *Cicero* de Nat. Deor lib. II. cap. 12. *Audiamus enim Platonem, quaſi quendam* Deum philoſophorum. Eodem reſpicit *Auguſtinus* contra Julianum lib. IV. cap. 15.

1. *In*

Digitized by Google

ut ad veritatem propius accederet; tamen quia Deum ignoravit, in multis ita lapſus eſt, ut nemo deterius erraverit, inprimis quòd [1] in libris civilibus omnia omnibus voluit eſſe communia. De patrimoniis tolerabile eſt, licet ſit injuſtum: nec enim aut obeſſe cuiquam debet, ſi ſua induſtria plus habet, aut prodeſſe, ſi ſua culpa minus. Sed, ut dixi, poteſt aliquo modo ferri. Etiamne conjuges, etiamne liberi, communes erunt? Non erit ſanguinis ulla diſtinctio, nec genus certum, nec familiæ, nec cognationes, nec affinitates, ſed, ſicut in gregibus pecudum, confuſa & indiſcreta omnia; nulla erit in viris continentia, nulla in fœminis

1. *In libris civilibus omnia omnibus voluit eſſe communia*] Dixerat *Plato* lib. III. de Rep. pag. 242. ed. Cantab. ὅτι δεῖ ζῆν οὐσίαν κεκτημένον μηδεμίαν μηδένα ἰδίαν, ἔπειτα οἴκησιν καὶ ταμιεῖον μηδενὶ εἶναι μηδὲν τοιοῦτον, εἰς ὃ οὐ πᾶς ὁ βουλόμενος εἴσεισι. Deinde lib. V. pag. 322. ſeqq. communes uxores, communes item liberos eſſe debere contendit. Sententiam *Platonis* amplexi ſunt Stoïci & Cynici. Vide *Diogenem Laertium* lib. VII. §. 131. Sed eam refellit *Ariſtoteles* Polit. lib. II. cap. I. ſeqq.

2. *Quin etiam fœminis curiam* reſervavit, *militiam & magiſtratus & imperia permiſit*] Omninò reſcribendum, *curiam* RESERAVIT. *Lactantius* lib. III. Div. Inſtit. cap. 22. Plato *exiſtimavit oportere etiam mulieres militare, & conſiliis publicis intereſſe, & magiſtra-*

nis pudicitia. Quis eſſe in utriſque amor conjugalis poteſt, in quibus non eſt certus aut proprius affectus? Quis erit in patrem pius, ignorans unde ſit natus? Quis filium diliget, quem putabit alienum? [2] Quin etiam fœminis curiam reſervavit, militiam, & magiſtratus, & imperia permiſit. Quanta erit infelicitas urbis illius, in qua virorum officia mulieres occupabunt? Sed hæc aliâs latius. Zeno Stoïcorum magiſter, qui virtutem laudat, [3] miſericordiam, quæ ſumma eſt virtus, tanquam morbum animi, amputandam judicavit, quæ & Deo cara eſt, & hominibus neceſſaria. Quis eſt enim, qui aliquo in malo conſtitutus nolit eſſe miſera-

ſtratus gerere, & imperia ſuſcipere. Vide lib. V. de Rep. pag. 328. ſeqq. Idem agit lib. VII. de Legg. pag. 637. Loca *Platonis* huc pertinentia congeſſit *Euſebius* Præp. Evang. lib. XII. cap. 32. & lib. XIII. cap. 19.

3. *Miſericordiam——tanquam morbum animi, amputandam judicavit*] Miſericordia ſcilicet eſt ÆGRITUDO *ex miſeriâ alterius, injuriâ laborantis*; ægritudo autem in perturbationibus numeratur; omnis autem perturbatio cenſetur *animi morbus*. Vide *Ciceronem* Tuſcul. lib. IV. capp. 6, 8. & *Senecam* de Clem. lib. II. cap. 5. Hoc Stoicorum dogma fuſè tractant *J. Lipſius* Manud. ad Philoſ. Stoicam lib. III. Diſſ. 19. & *Th. Gatakerus* ad *Antonini* lib. II. §. 13.

1. Quæ

Digitized by Google

miſerabilis, ac non deſideret auxilia ſuccurrentium, [1] quæ ad opem ferendam nonniſi miſericordiæ affectu excitantur? Hanc ille licet humanitatem, [2] licet pietatem vocet, non rem ſed nomen immutat. Hic eſt affectus, qui ſoli homini datus eſt, ut imbecillitatem noſtram mutuis adjumentis levaremus, quem qui tollit, ad vitam nos redigit belluarum. Nam, quod dicit paria eſſe peccata, ex eadem immanitate eſt, quâ [3] miſericordiam veluti morbum inſectatur. Qui enim nullam facit differentiam delictorum, aut levia magnis ſuppliciis afficienda cenſet, quod

1. Quæ *ad opem ferendam*] Lego QUI *ad opem ferendam*; pronomen enim ad vocem *ſuccurrentium*, quàm ad *auxilia* commodius referetur.

2. *Licet* pietatem *vocet*] Nempe *pietatis nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur*, & εὐσέβειαν *pro miſericordiâ Græcorum etiam vulgus uſurpat*, ut monet *Auguſtinus* C. D. lib. X. cap. 1. Vide *Pet. Fabrum* Semeſt. lib. III. cap. 13. Ratio eſt, quià PIETAS ab Æolico ἠπιότας ducitur; id autem *manſuetudinem* & *benignitatem* denotat. Adi virum eximium *Joan. Clericum* ad *Pedonis Albinovani* Eleg. I, 3.

3. *Miſericordiam veluti morbum inſectatur*] Hac in re nimis argutabantur Stoïci. *Seneca* de Clem. lib. II. cap. 5. *Clementiam manſuetudinemque omnes boni præſtabunt*, miſericordiam *autem vitabunt*; eſt enim vitium puſilli animi, *ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentem*-

quod eſt crudelis judicis; aut gravia parvis, quod eſt [4] diſſoluti, utrumque reipublicæ incommodum. Si enim ſumma ſcelera leviter puniantur, audacia malis creſcet ad facinora majora; & ſi levibus delictis pœna gravior irrogetur, multi cives, quoniam nemo ſine delicto eſſe poteſt, in periculum venient, qui correpti poſſent eſſe meliores.

CAPUT XXXIX.

ILLA verò levia: ſed ex eâdem vanitate naſcuntur. [5] Xenophanes orbem

cidentis — Sapiens non miſeretur, quia & (Leg. quia id) ſine miſeriâ animi *non ſit. Ceterum omnia, quæ, qui miſerentur, dolentes faciunt, hic libens & alacri animo faciet.* Vide & cap. VI. *Auguſtinum* C. D. IX, 5. & de Mor. Eccleſ. lib. I. cap. 27.

4. *Diſſoluti, utrumque Reip. incommodum. Si enim*] Interpunge, *diſſoluti. Utrumque Reip. incommodum: ſi enim* &c.

5. *Xenophanes orbem Lunæ decem & octo partibus* &c.] *Lactantius* Div. Inſtit. lib. III. cap. 23. *Xenophanes dicentibus Mathematicis, orbem Lunæ duodeviginti partibus majorem eſſe quam terram, ſtultiſſimè credidit; &, quod huic levitati fuit conſentaneum, dixit intra concavum Lunæ ſinum eſſe aliam terram; & ibi aliud genus hominum ſimili modo vivere, quo nos in hâc terrâ vivimus.* Et de magnitudine quidem Lunæ ducem ferè ſecutus eſt Anaximandrum

orbem lunæ decem & octo partibus dixit eſſe majorem, quàm hæc noſtra ſit terra. Itaque intra ſinum ejus aliam terram contineri, quæ ab hominibus & omnis generis animalibus incolatur. [1] De Antipodis quoque ſine riſu nec audiri, nec dici poteſt. Aſſeritur tamen quaſi aliquid ſerium, ut credamus eſſe homines, qui veſtigiis noſtris habent adverſa veſtigia. Tolerabilius [2] Anaxagoras deliravit, qui nigram nivem dixit. Quorundam non modo dicta, ſed etiam facta ridenda ſunt.

mandrum, qui σελήνην dixit κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς. Quin etiam, ut auctor eſt *Cicero* Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 39. *Habitari ait Xenophanes in Luna*, '*eamque eſſe terram multarum urbium & montium.* Sed explicent alii, quomodo ſecum ipſi conveniat, qui Lunam eſſe νέφος πεπιλημένον, & πολλὺς εἶναι ἡλίυς καὶ σελήνας κατὰ τὰ κλίματα τῆς γῆς, καὶ ἀποτομὰς, καὶ ζώνας, ſtatuit; quique defectum Solis ac Lunæ κατὰ σβέσιν fieri exiſtimavit. Vide *Plutarchum* de Placit. Philoſ. lib. II. c. 24, 25. & *Stobæum* Eclog. Phyſ. pag. 56, 59, 60.

1. *De Antipodis quoque ſine riſu*] Eundem quidem errorem erravit *Lactantius* Divin. Inſtit. lib. III. cap. 24. nec ætatis proceſſu ſapientior eſt factus, ut ex hoc loco conſtat. Quod ſi ſolamen eſt, ut doloris, ita & erroris, habere ſocios, eum bono animo eſſe jubeamus. Vide *Leon. Coquæum* ad *Auguſtinum* de C. D. lib. XVI. cap. 9.

2. *Anaxagoras — nigram nivem dixit*] *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 13. Ὁ Ἀναξαγόρας, τῷ

ſunt. Democritus agrum ſuum à patre ſibi relictum deſeruit, & paſcua publica fieri paſſus eſt. Diogenes [3] cum choro canum ſuorum, qui [4] virtutem illam ſummam & exactam rerum omnium contemtu profitetur, mendicare victum maluit, quàm honeſto labore conquirere, aut habere ullam rem familiarem. Certe vita ſapientis exemplum eſſe vivendi cæteris debet. Si horum ſapientiam omnes imitentur, quomodo ſtabunt civitates? Sed forſitan iidem [5] Cynici exemplum vere-

τῷ λευκὴν (ita leg. non τὸ λευκὴν) εἶναι τὴν χιόνα, ἀντιτίθει, ὅτι χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν· καὶ ἡ χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστι. Vide *Ciceronem* Acad. Quæſt. lib. IV. cap. 23. & *Lactantium* Divin. Inſt. lib. v. cap. 3.

3. *Cum choro canum ſuorum*] Cynicorum, qui Græcis paſſim Κύνες nominantur. Vide modo *Lucianum* in Dial. mortuor.

4. *Virtutem illam ſummam & exactam rerum omnium contemtu profitetur*] Sic MS. & animum alibi occupatum habuit Cl. *Pfaffius*, qui Codicis lectionem mutavit, reſcripſitque *contemtum*. Noſter enim *modum* ſignificat, quo Diogenes virtutem profitetur exactam; iſque *rerum omnium contemtu* nitebatur. Vide ſis *Æg. Menagium* ad *Diogenis Laertii* lib. VI. §. 36.

5. *Cynici——palam cum conjugibus ſuis cubitaverunt*] Hoc de Cratete & Hipparchiâ, præter alios multos, tradit *Diogenes Laertius* lib. VI. §. 97. Hinc, ſecundùm nonnullos, *à canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenque traxêrunt*. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. cap. 15.

verecundiæ præbere potuerunt, qui palam cum conjugibus ſuis cubitaverunt. Neſcio quam poſſent virtutem defendere, qui pudorem ſuſtulerunt. Non melior his Ariſtippus, qui, credo, ut amiculæ ſuæ Laidi placeret, Cyrenaicam inſtituit diſciplinam, quâ ſummi boni finem [1] in voluptate corporis collocavit, ne aut peccatis auctoritas, aut vitiis doctrina deeſſet. An illi fortiores magis ſunt probandi, qui, ut mortem contemſiſſe dicerentur, voluntariam [2] necem ſibi intulerunt, Zeno, Empedocles, Chryſippus, Cleanthes, Democritus, & hos imitatus Cato; nec ſcierunt homicidii crimine teneri

1. *In voluptate corporis*] Vide ſupra cap. XXXIII.

2. *Necem ſibi intulerunt, Zeno — Cato,* nec ſciêrunt] Interpunctio vitioſa fecerat, ut Cl. *Pfaffius* hùnc locum maculâſſet; edidit enim, *necem ſibi intulerunt. Zeno —Cato, neſciêrunt.* At MS. habet *nec ſcierunt.* Nos igitur, ſublata plena diſtinctione, comma ſubſtituimus, & Codicis ſcripturam quaſi poſtliminio reduximus; eamque ſanè mens Auctoris flagitat.

3. *Deus enim nos in hoc domicilium*] Optimè quidem Socrates apud *Platonem* Phædon. §. 5. ed. Cantab. Ὁ μὲν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ᾽ ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν· οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης,

Digitized by Google

fieri ſecundùm jus legemque divinam eum, qui ſe interfecerit? [3] Deus enim nos in hoc domicilium carnis induxit, ille nobis temporale corporis habitaculum dedit, ut incolamus, quamdiu idem voluerit. Nefas igitur habendum eſt, ſine Dei juſſu velle migrare. Non eſt ergo vis adhibenda naturæ. Scit ille, quemadmodum opus ſuum reſolvat. Cui operi ſi quis manus impias adhibuerit, ac divini opificii vincula diruperit, Deum conatur effugere, cujus ſententiam nec vivus quiſpiam nec mortuus poterit evadere. [4] Scelerati ergo & nefarii, quos ſuperius nominavi; qui etiam docuerunt, quas

Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι —Οὐκοῦν καὶ σὺ ἂν τῶν σαυτοῦ κτημάτων εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι, μὴ σημήναντός σου ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι, χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ, καὶ, εἴ τινα ἔχοις τιμωρίαν, τιμωροῖο ἄν; Πάνυ γ' ἔφη. Ἴσως τοίνυν ταύτην οὐκ ἄλογον, (Lego ταύτῃ οὐκ ἄλογον) μὴ πρότερον αὐτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ Θεὸς ἐπιπέμψῃ. Hæc ex Philolao Pythagorico audivit Socrates; & ſanè *vetat Pythagoras injuſſu imperatoris, id eſt, Dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere*, ut loquitur *Cicero* de Seneƈt. cap. XX. Vide *Auguſtinum* C. D. lib. I. cap. 22. *Apuleium* de Habit. Doƈtr. Plat. pag. 622. præcipuè verò *Macrobium* in Somn. Scip. lib. I. c. 13.

4. *Scelerati ergo & nefarii*

quas cauſas habere debeat mors voluntaria; ut parum ſit ſceleris, quòd homicidæ in ſemetipſos extiterunt, niſi ad hoc nefas & alios erudirent.

CAPUT XL.

INNUMERABILIA ſunt philoſophorum dicta factaque, quibus eorum inſipientia redargui poſſit. Itaque quoniam cuncta enumerare non poſſumus, pauca ſuffecerint. Satis eſt intelligi, philoſophos neque juſtitiæ, quam ignorabant, neque virtutis, quam mentiuntur, eſſe doctores. Quid enim doceant, qui ſuam

rii——qui etiam docuerunt quas cauſas habere debeat mors voluntaria] Cl. *Pfaffius* edidit, *ſcelerati ergo ſunt & nefarii*; ſed *verbo ſubſtantivo* caret MS. & id, quià facile poteſt intelligi, delevimus. Stoici verò (ad quos reſpicit noſter, licet ex eorum numero non fuerint Empedocles & Democritus) εὐλόγως φασὶν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων· κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. Vide *Diogenem Laërtium* lib. VII. §. 130. & *J. Lipſium* Manud. ad Philoſ. Stoicam lib. III. Diſſ. 22.

1. *Cujus eſt* nota *ſententia*] Sic rectè dedit Cl. *Pfaffius*: nam male MS. *cujus eſt* mota *ſententia*. Socratis autem ſententia fuit; οἶδα ὅτι οὐκ οἶδα. Vide quæ notavimus ſupra cap. XXXI. & *Lactantium* lib. III. cap. 28.

2. *Anaxa-*

Digitized by Google

ſuam ſæpe ignorantiam confitentur? Mitto Socratem, [1] cujus eſt nota ſententia. [2] Anaxagoras omnia circumfuſa tenebris eſſe pronunciat: Empedocles anguſtas ad inveniendam veritatem ſenſuum ſemitas eſſe. Democritus in profundo quodam puteo demerſam veritatem jacere teſtatur, quam quia nuſquam reperiunt, idcirco adfirmant neminem adhuc extitiſſe ſapientem. Quoniam igitur [3] nulla eſt (apud Platonem Socrates dicit) humana ſapientia, ſequamur ergo divinam, Deoque gratias agamus, qui eam nobis & revelavit & tradidit; ac nobis gratulemur, quòd veritatem ac ſapientiam cœleſti

2. *Anaxagoras——jacere teſtatur*] *Cicero* Acad. Quæſt. lib. I. cap. 12. Rerum obſcuritas *ad confeſſionem ignorationis adduxerat — Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pæne veteres, qui nihil cognoſci, nihil percipi, nihil ſciri poſſe dixêrunt; anguſtos ſenſus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ; &, ut Democritus, in profundo veritatem eſſe demerſam; opinionibus & inſtitutis omnia teneri; nihil veritati relinqui; deinceps omnia tenebris circumfuſa eſſe dixêrunt.* Vide ſis & lib. IV. capp. 5, 23. noſtrum lib. III. cap. XXVIII, 12. & cap. XXX, 6. *Diogenem Laërtium* lib. IX. §. 72. ac *Sextum Empiricum* adverſus Mathem. pag. 153, 160, ſeqq.

3. *Nulla* eſt——*humana ſapientia*] Malè MS. *humanam ſapientiam.* Reſpicit autem noſter ad *Platonis* Apolog. pag. 361. ed. Lugd.

 1. *Quam*

leſti beneficio tenemus, [1] quam tot ingeniis, tot ætatibus requiſitam Philoſophiam nemo potuit invenire.

CAPUT XLI.

Nunc quoniam falſam religionem, quæ eſt in Deorum cultibus, & falſam ſapientiam, quæ eſt in philoſophis, refutavimus, ad veram religionem ſapientiamque veniamus. Et quidem conjunctè, quia cohærent, de utraque dicendum eſt, Nam Deum verum colere [2] id eſt, nec aliud quidquam, quàm ſapientiam. Ille enim ſummus & [3] conditor rerum Deus, qui [4] hominem velut ſimu-

1. *Quam tot ingeniis, tot ætatibus requiſitam* philoſophiam nemo *potuit inveni-re*] Corruptus eſt dubio procul hicce locus; non enim de *philoſophia*, ſed de *ſapientia*, fuit agendi locus; & eam quidem humano ingenio reperiri non poſſe conſtanter adfirmat *Lactantius.* MS. exhibet, *philoſophiam num potuit invenire*. Lege fidenter, *quam* (ſapientiam) *tot ingeniis, tot ætatibus requiſitam* philoſophia *non*, vel *numquam*, *potuit invenire.* Ita clara ſiunt omnia. Vide ſupra c. 30. ſeqq. lib. III. Div. Inſt. cap. XXX. §. 4, 7. & lib. IV. cap. II, 2.

2. Id *eſt*, *nec aliud quidquam*, quàm ſapientiam] Legendum, idem *eſt nec aliud quid-*

ſimulachrum ſuum fecit. Idcirco utique ſoli ex omnibus animalibus rationem dedit, ut honorem ſibi tanquam patri, & tanquàm Domino referret, & hac pietate atque obſequio immortalitatis præmium mereretur. Hoc eſt verum divinumque myſterium. Illis autem, quia vera non ſunt, nulla concordia. [5] Neque in Philoſophia ſacra celebrantur, neque in ſacris philoſophia tractatur, & ideo falſa Religio eſt, quia non habet ſapientiam; ideo falſa ſapientia, quia non habet religionem. Ubi autem utraque conjuncta ſunt, ibi eſſe veritatem neceſſe eſt, ut, ſi quæratur ipſa veritas quid ſit, rectè dici poſſit aut ſapiens religio, aut religioſa ſapientia.

CAPUT

quidquam, quam ſapientia. Has emendationes ipſa poſtulat Latinitas.

3. *Conditor rerum Deus*] Cl. *Pfaffius* ediderat, *Deus eſt*; ſed cùm *verbum ſubſtantivum* in MSto non compareat, nos id expunximus; oratio enim, diſtinctionibus mutatis, hoc modo continuari debet: *Ille enim ſummus & conditor rerum Deus* (*qui hominem velut ſimulachrum ſuum fecit*) *idcirco utique ſoli ex omnibus animalibus rationem dedit* &c.

4. *Hominem velut ſimulachrum ſuum*] Reſpicit ad Geneſ. I, 27.

5. *Neque in philoſophia ſacra celebrantur, neque in ſacris* &c.] Hæc fuſius diduxit *Lactantius* noſter Inſt. Div. lib. IV. capp. 3, 4.

CAPUT XLII.

DICAM nunc, quid ſit vel ſapiens religio, vel ſapientia religioſa. Deus in principio antequam mundum inſtitueret, de æternitatis ſuæ fonte, deque divino ac [1] perenni ſpiritu ſuo filium ſibi progenuit incorruptum, fidelem,

virtuti

1. *Perenni ſpiritu ſuo*] Halitu oris vocali; nam, ut ait *D. Petavius* de Trin. lib. I. cap. V. §. 7. " nonnullis veterum illa de divinitate ac perſonarum " in ea diverſitate inſederat opinio, unum eſſe " ſummum, ingenitum, neque aſpectabilem Deum, " qui Λόγον, id eſt verbum " vel ſermonem, quem ἐνδιάθετον, *intus incluſum*, " tenebat, ex ſeſe foras produxerit, vocalem & ſonantem; nec tamen vocis inſtar, ſonique, tranſeuntem ac diſſipabilem, " ſed ejuſmodi, ut velut " corporatus ac ſubſiſtens " cætera deinceps efficeret. " Tum autem à ſupremo " Deo productum eſſe dixêrunt, cùm hanc rerum " univerſitatem moliri ſtatuit, ut illum velut adminiſtrum adhiberet. " Hæc certè fuit *Lactantii* noſtri ſententia, prout abundè patet ex lib. II. Div. Inſt. cap. VIII. & lib. IV. cap. 6, 7, 8. Hinc filius πνεῦμα θεοῦ vocatur *Theophilo* ad Autolyc. lib. II. pag. 81. & *Spiritus Sanctus* noſtro cap. XLIII. & lib. IV. Div. Inſt. cap. 12.

2. *Hoc opifice, ut Hermes ait, & conſiliatore, ut Sibylla*] Hunc, δημιουργὸν Θεοῦ vocavit Pſeudo-Triſmegiſtus, σύμβουλον verò, ſictitia Sibylla. Vide Div. Inſtit. lib. IV. cap. VI, 9.

3. Ex

virtuti ac majeſtati patriæ reſpondentem. Hic eſt virtus, hic ratio, hic ſermo Dei, hic ſapientia. [2] Hoc opifice, ut Hermes ait, & conſiliatore, ut Sibylla, & præclaram & mirabilem hujus mundi fabricam machinatus eſt. Denique [3] ex omnibus Angelis, quos idem Deus de ſuis ſpiritibus figuravit, ſolus in conſortium ſummæ poteſtatis adſcitus eſt, ſolus Deus

3. *Ex omnibus Angelis, quos idem Deus de ſuis ſpiritibus figuravit*] *Lactantius* Div. Inſt. lib. IV, cap. 6. *Deus alios poſteà innumerabiles* per ipſum *creaviſſet*, *quos Angelos* dicimus. Ita quidem ediderunt *Iſæus*, *Gallæus*, & alii, ut *Lactantio* cum *S. Joanne* cap. I. Evang. vſ. 3. conveniret. At noſter angelos, ipſius *Dei ſpiritus* fuiſſe cenſuit, ut ex hoc loco patet, & fuſius explicat lib. IV. Div. Inſtit. cap. VIII, 6, 7. Sic & lib. II. cap. 8, Deus *multos genuit alios operum ſuorum miniſtros, quos Græci ἀγγέλυς nominant.* Recentiores, nonnullis MStis nixi, totam ῥῆσιν, cujus hæc verba partem conficiunt, *Lactantio* prorſus abjudicant, quod Arianorum partim, partim Manichæorum præ ſe ferat impietatem. At mihi conſtat, nihil ibi dixiſſe *Firmianum*, quod non alibi ſuffragio ſuo confirmârit. Vide modo Epitom. cap. 29. Ideo hæc & hujuſmodi alia, quæ rejecêrunt editores, non ab Hæreticis intruſa, ſed ab Orthodoxis reſecta judicârim. Utcunque ſit, in eo loco, quem hujus adnotationis initio protulimus, legendum *innumerabiles* per SE ipſum *creaviſſet*, ut habent aliqui Codices, vel voces *per ipſum* expungendæ ſunt, cum in aliis libris non compareant.

3. *Om-*

Digitized by Google

Deus nuncupatus. [1] *Omnia* enim *per ipſum, & ſine ipſo nihil.* Denique [2] Plato de primo ac ſecundo Deo non planè, ut philoſophus, ſed ut vates locutus eſt, fortaſſe in hoc Triſmegiſtum ſecutus, cujus verba de Græcis converſa ſubjeci: *Dominus & factor univerſorum,* [3] *quem Deum vocari exiſtimavimus, ſecundum fecit Deum viſibilem & ſenſibilem. Senſibilem autem dico, non quod ipſe ſenſum accipiat, ſed quod* [4] *in ſenſum mittat*
&

1. *Omnia per ipſum* &c.] Evang. *Joannis* cap. I. vſ. 3.

2. *Plato de primo ac ſecundo Deo non plane, ut philoſophus*] Levicula quidem menda ſenſum prorſus alienum facit. Sic igitur diſtinguas oportet; *de primo ac ſecundo Deo,* non planè ut philoſophus, *ſed ut vates, locutus eſt.* Ita lib. III. Div. Inſt. cap. VIII. *Privationem doloris ſummum bonum putare,* non planè Peripateticorum *ac Stoicorum,* *ſed Clinicorum philoſophorum eſt.* Ubi ingenio ſuo nimis indulſit *Janus Gulielmius,* cui, novâ compoſitione verbi, reponendum videbatur, *non plano-peripateticorum.* Ceterum *Platonis* verba περὶ πρώτυ κὴ δευτέρυ Θεῦ ſuppeditabit *Euſebius* Præp. Evang. lib. XI. cap. 13, 14, 16.

3. *Quem Deum vocari exiſtimavimus, ſecundum fecit Deum*] Legendum *vocare;* nam Græca ſunt, ὃν Θεὸν ΚΑΛΕΙ͂Ν νενομίκαμεν. *Apuleius* autem in verſione Adloc. ad Aſclep. pag. 80. ed. Elmen. *Quem rectè Deum dicimus,* QUEM *à ſe ſecundum fecerit.* Scribe, QUUM *à ſe ſecundum fecerit;* nam fictitius Hermes ait, ἘΠΕΙ' τὸν δεύτερον ἐποίησε Θεὸν, & noſter eam particulam

& viſum. Cùm ergo hunc feciſſet primum, & ſolum, & unum, [5] *optimus ei apparuit, & pleniſſimus omnium bonorum.* Sibylla quoque *Deum* dicit *ducem omnium à Deo factum*; & alia, *Deum Dei filium eſſe noſcendum*, ſicut ea, [6] quæ in libris poſui, exempla declarant. Hunc Prophetæ divino ſpiritu pleni prædicaverunt, quorùm præcipue [7] Salomon in libro Sapientiæ, item pater ejus cœleſtium ſcriptor hymnorum, ambo clariſſimi

ticulam malè prætetmittit.

4. *In ſenſum mittat*] Verbum verbo reddidit noſter; nam Pſeudo-Triſmegiſtus habuit εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει. Clarius autem *Apuleius* Adloc. ad Aſcl. pag. 80. *Videntium ſenſus incurrit.* Haud abſimili locutione uſus videtur *Corn. Severus* in Ætna vſ. 25. ubi enim Codices repræſentant,

——*Quæ cauſa perennes*
Explicet in DENSUM *flammas*—

reponendum puto, *explicet in* SENSUM *flammas*, hoc eſt, facit ut cernantur & appareant.

5. *Optimus ei apparuit & pleniſſimus omnium bonorum*] Pleniora ſunt Græca, quæ vide apud *Lactantium* Div. Inſtit. lib. IV. cap. VI, 4. Sed nec interpretatio, cui præſcribitur *Apuleii* nomen, Triſmegiſti verbis accuratè reſpondet. Vide p. 80. ed. Francof. 1621.

6. *Quæ in libris poſui, exempla declarant*] Ipſa Sibyllarum verba legi poſſint apud noſtrum Div. Inſtit, lib. IV. cap. VI, 5.

7. *Salomon in libro ſapientiæ, item pater ejus—hunc ex Deo natum eſſe teſtantur*] Reſpicit ad Pſalm. XLV, 1. & Eccleſiaſtici cap. XXIV, 3, ſeqq. Vide *Lactantium* Div.

riſſimi Reges, [1] qui Trojani belli tempora CLXXX. annis anteceſſerunt, hunc ex Deo natum eſſe teſtantur. Hujus nomen [2] nulli eſſe notum, niſi ipſi & Patri, ſicut docet Joannes in Revelatione. Hermes ait [3] *non poſſe nomen ejus mortali ore proferri.* Ab hominibus tamen duobus vocabulis nuncupatur, Jeſus, quod eſt Salvator, & [4] Chriſtus, quod eſt Rex. [5] Salvator ideo, quia eſt ſanatio & ſalus omnium,

Div. Inſt. lib. IV. cap. VIII, 14, 15. Licet autem Eccleſiaſticus, Sirachidis ſit ſapientia, tamen *propter eloquii nonnullam ſimilitudinem, ut Solomonis dicatur, obtinuit conſuetudo.* Verba ſunt *Auguſtini* C. D. lib. XVII. cap. 20. Vide & lib. II. de Doctr. Chriſt. cap. 8. Eo certè modo laudârunt *Patrum* quampluri-mi, quorum locos indicabit *Jac. Pamelius* ad *Cypriani* contrà Judæos lib. II. cap. 1. Iis adde ſcriptorem Conſtit. Apoſtol. lib. IV. cap. XI.

1. *Qui Trojani belli tempora* CLXXX. *annis anteceſſerunt*] Licet hæc cum iis haud congruant, quæ cùm præſtantiſſimi Chronologi, tum ipſe *Lactantius* lib. I. Div. Inſt. cap. 23. & lib. IV. cap. 16, 18. tradidit; tamen in ejuſdem libri cap. VIII, 13. cave quidquam mutes. Illic ait; *Quorum* (Davidis & Salomonis) *alter, qui poſterius regnavit, Trojanæ urbis excidium centum & quadraginta annis anteceſſit*; & eam lectionem ratam facit hicce locus; nam regno Davidis annos XL. tribuêrunt. Fruſtrà igitur eſt *Joſ. Iſæus*, qui ex uno *Vaticano* reſcripſit, *quorum* ALTERUM *Trojanæ urbis excidium* CXL. *annis anteceſſit*; licet enim hac ratione ſibi ferè in concordiam redigatur *Firmianus* noſter, μνημονικὸν ἁμάρτημα præſtat agnoſcere. Vide

omnium, qui per eum credunt in Deum: [6] Chriſtus ideo, quia ipſe de cœlo in ſæculi hujus conſummatione venturus eſt; ut judicet mundum, &, reſurrectione mortuorum factâ, regnum ſibi conſtituat æternum.

CAPUT XLIII.

SED ne qua forte ſit apud te hæſitatio, cur

de *Lud. Vivem* ad *Auguſtinum* de C. D. lib. XVIII. cap. 20.

2. *Nulli eſſe notum—ſicut Joannes in Revelatione*] Lege *nulli* EST *notum*. Noſter autem reſpicere videtur ad Apoc. cap. XIX, 12.

3. *Non poſſe nomen ejus mortali ore proferri*] Græce; ȣ̓ τὸ ὄνομα ȣ̓ δύναται ἀνθρωπίνῳ ϛόματι λαληθῆναι. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. IV. cap: VII, 3.

4. *Chriſtus, quod eſt Rex*] Dum brevitati ſtudet *Firmianus*, ita loquitur, ut eum lapſûs accuſarem, niſi forſan exſtarent Inſtitutionum Divinarum libri. Ex iis autem patet, noſtrum nihil aliud voluiſſe quàm quòd Χριϛὸς, UNCTUS, Regem denotaret, ſiquidem Judæis *unctio ſacri unguenti, nomen ac poteſtatem regiam conferebat*. Vide lib. IV. cap. 7.

5. *Salvator ideò, quia ſanatio & ſalus omnium*] Vide *Matthæi* I, 21. & *Juſtinum* Martyrem Apol. I. cap. 43.

6. *Chriſtus ideò, quia ipſe* &c.] Non ob regium modo, ſed & ob Sacerdotale, Propheticumque munus CHRISTUS eſt appellatus; nôrunt enim Theologi, τȣ̃το τὸ χρίσμα μὴ μόνον Ἀρχιερεῦσι παραδοθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς Προφήταις καὶ βασιλεῦσιν, ut loquitur *Euſebius* Demonſt. Evang. lib. IV. cap. XV. pag. 172. Vide ſis & ejuſdem Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. III. pag. 12.

1. *Jeſum*

cur eum, qui ante mundum ex Deo natus ſit, [1] Jeſum Chriſtum appellemus, qui ante annos ccc. natus ex homine eſt, rationem tibi breviter exponam. Idem eſt Dei & hominis filius. Bis enim natus eſt; primùm de Deo in ſpiritu ante ortum mundi; poſtmodum [2] in carne ex homine, Auguſto imperante: cujus rei præclarum & grande myſterium eſt, in quo & ſalus hominum, & religio ſummi Dei,

1. *Jeſum Chriſtum* appellemus] MS. *appellamus*, quod Cl. *Pfaffius*, Latinitate poſtulante, mutavit.

2. *In carne ex* homine] Manus recentior, pro *homine* voce *virgine* ſuppoſitâ, veterem lectionem deletam voluit; quod ab inani timore profectum videtur. *Homo* enim genus etiam muliebre complectitur. Vide *Donatum* ad *Terentii* Eunuch. Act. II. Sc. III, 61. Utrumque verbum conjunxit *Auguſtinus* C. D. lib. XVIII. cap. 46. *Homo*, inquit, *manifeſtus ex homine virgine*. Nec aliter MS. qui in Bibliothecâ *Collegii Regin. Cantab.* ſervatur.

3. *Penes ſolos Hebræos religio Dei manſit*] Nobis quidem hoc abundè liquet; ſed memoratu dignum eſt id Apollinis oraculum, quod ex *Porphyrio* dat *Euſebius* Præp. Evang. lib. IX. cap. 10.

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ᾽ ἄρ᾽ Ἑβραῖοι,
Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἁγνῶς.

Eundem χρησμὸν habet etiam *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græc. cap. XI. & XXIV. Is autem in loco poſteriore legit, σεβαζόμενοι Θεὸν ΑΥΤΟ'Ν, quod memoriæ vitio factum videtur. Vide ſis ejuſdem *Euſebii* Demonſt. Evang. lib. III. p. 104.

4. *Non* lege aliqua] Legendum credo, *non legem aliquam*. Id ſaltem poſtulat, ut arbitror, orationis concinnitas.

5. Moſe

Dei, & omnis veritas continetur. Nam cùm primùm ſcelerati atque impii Deorum cultus per inſidias dæmonum irrepſerunt, tum [3] penes ſolos Hebræos religio Dei manſit, qui tamen [4] non lege aliqua, ſed traditum ſibi per ſucceſſionem cultum patrio more tenuerunt uſque ad id tempus, quo de Ægypto exierunt, [5] Moyſe duce, primo omnium Prophetarum, per quem illis lex eſt à Deo impoſita,

5. *Moſe duce, primo omnium prophetarum*] Hoc titulo Moſen inſignit *Juſtinus* Martyr Apol. I. cap. 40. *Μωσῆς μὲν οὖν* ΠΡΩ͂ΤΟΣ *τῶν προφητῶν γενόμενος.* Ac iterum cap. LXXVI. *Ἀκούσατε τῶν αὐτολεξεὶ εἰρημένων διὰ Μωυσέως τοῦ προδεδηλωμένου* ΠΡΩΤΟΥ *προφήτου.* At cùm teſtis ſit ipſe vir ſanctiſſimus, de Chriſto prophetias extitiſſe *ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις, ποτὲ δὲ τρισχιλίοις,* prius quam homo fieret, quæ verba non niſi Adamo Noachoque poſſunt convenire, quæſiverunt eruditi, cur Moſes *primus* diceretur Propheta. Nam dubitari non poteſt, quin veteres Adamum, Enochum, Noachum, ne *Patriarchas* memorem, pro vatibus habuiſſe. Vide modo Cl. *Joan. Albert. Fabricium* in Cod. Pſeudepigrapho Vet. Teſtamenti pag. 6, 106. & *Auguſtinum* C. D. XVII. cap. 1. ac lib. XVIII. cap. 38. Hanc litem rectè dirimunt ii, qui ex Num. XII, 6. ſeqq. eum PROPHETARUM PRIMUM fuiſſe dictum non *temporis*, ſed *prærogativæ*, ratione ſtatuunt. Ea certè *Juſtini* mens; is enim Cohort. ad Græcos cap. XI. ait, *Μηδὲν παράδοξον γεγενῆσθαι νομίζετε, εἰ ἐκ γένους ὄντα θεοσεβῶν τὸν ἄνδρα (Μωυσῆ)— ὁ Θεὸς τῇ μεγάλῃ ταύτῃ δωρεᾷ τιμῆσαι προὔθετο, καὶ* ΠΡΩ͂ΤΟΝ *ἁπάντων ἀποφῆναι* ΤΩ͂Ν ΠΡΟΦΗΤΩ͂Ν. Vide *Euſebium* Dem. Evang. lib. IX. pag. 443.

1. Qu

poſita, [1] qui Judæi ſunt poſtmodum nominati. Servierunt igitur Deo vinculis legis obſtricti. Sed iidem paulatim ad profanos ritus aberrantes, alienos Deos ſuſceperunt, &, derelicto patrio cultu, [2] inſenſilibus ſimulachris immolaverunt. Propterea Deus Prophetas ad eos miſit, divino ſpiritu adimpletos, qui illis peccata exprobrarent, & pœnitentiam indicerent; qui ſecuturam ultionem minarentur, ac denunciarent futurum, ſi in iiſdem delictis perſeveraſſent, ut alium mitteret novæ legis latorem, &, ingrato populo ab hæreditate ſummoto, aliam ſibi plebem fideliorem de exteris gentibus congregaret. Illi autem non modo perſevera-

1. Qui *Judæi ſunt poſtmodum nominati*] MS. *hii qui Judæi.* Legendum, *iique Judæi ſunt poſtmodum nominati. Euſebius* Dem. Evang. lib. III. pag. 95. Ἀπὸ βασιλικῆς φυλῆς τῆς Ἰούδα τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐχρηματίζεν. Vide *Joſephum* Antiq. Jud. lib. XI. cap. V. pag. 372. *Lactantium* Div. Inſt. lib. IV. cap. X, 14. & *Auguſtinum* C. D. lib. XV. cap. 8.

2. Inſenſilibus *ſimulachris*] MS. à manu correctrice præfert *inſenſibilibus ſimulachris.* Ita ſanè *Lactantius* Div. Inſtit. lib. VI. c. XIII, 13. *Si Deorum cultores ſimulachra* inſenſibilia *excolunt.* Et lib. VII. cap. III, 7. *Jam* inſenſibilis *ab his conſtituitur Deus.* Adi ſis & hanc Epitomen juxta finem. Cùm tamen *inſenſile*

ſeverarunt, verum etiam eos ipſos, qui mittebantur, interfecerunt. Itaque [3] damnavit eos ob hæc facinoſa, nec adjecit ulterius Prophetas mittere ad populum contumacem, ſed filium ſuum miſit, ut gentes univerſas ad gratiam Dei convocaret. Nec illos tamen, licet impios & ingratos, ab ſpe ſalutis excluſit, ſed [4] ad ipſos potiſſimum miſit, ut, ſi forte paruiſſent, non amitterent quod acceperant; ſi autem Deum ſuum non ſuſcepiſſent, tùm hæredibus abdicatis, gentes in adoptionem venirent. Juſſit igitur eum ſummus pater deſcendere in terram, & humanum corpus induere; ut ſubjectus paſſionibus carnis, virtutem ac patientiam

non

ſile Latinum ſit, nihil temerè movendum cenſeo. Vide *Lucretium* L. II. p. 251.

3. *Damnavit eos*] Vel improbavit ac reos habuit, vel damno affecit. Vide *Nonium* cap. IV.

4. *Ad ipſos potiſſimum miſit*] Immò Chriſtus ipſe dicit *Matthei* XV, 24. Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· diſcipuliſque ſuis mandata dans, ait ejuſdem libri cap. X, 5, 6. Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. Quin &, eo in cœlum evecto, Apoſtoli primum quidem Judæis, poſt autem Gentibus, Evangelium prædicârunt. Vide Act. XIII, 46. & *Euſebium* H. E. lib. II. cap. 1.

non ſolùm verbis, ſed etiam factis doceret. Renatus eſt ergo ex virgine ſine Patre tanquam homo; ut quemadmodum [1] in prima nativitate ſpiritali creatus, & ex ſolo Deo ſanctus ſpiritus factus eſt, ſic in ſecunda carnali ex ſola matre genitus, caro ſancta fieret; ut per eum caro, quæ ſubjecta peccato fuerat, ab interitu liberaretur.

CAPUT XLIV.

HÆC ſic futura, ut expoſui, Prophetæ ante prædixerant. Apud Salomo-

1. *In prima nativitate ſpiritali creatus* & *ex ſolo Deo ſanctus Spiritus factus eſt*] MS. *creatus* eſt *ex ſolo Deo.* At interpunctionibus mutatis, deletâque voculâ, prorſus legendum, *in primâ nativitate ſpiritali creatus ex ſolo Deo, ſanctus Spiritus factus eſt.* Sic enim, inter hoc & ſequens membrum, elegans reſtituitur Antitheſis; ipſam tamen loquendi rationem præſtare nolim. licèt interdum *creandi* & *gignendi*, τῦ κτίζειν καὶ τῦ γεννᾷν, verbis eadem ſit poteſtas adſignata. Vide D. *Petavium* de Trin. lib. II. cap. I. §. 5. ſeqq.

2. *Infirmatus eſt uterus — mater virgo*] Eundem quidem locum citat *Lactantius* noſter Inſt. Div. lib. IV. c. XII, 3. Sed in operibus *Salomonis* quæ extant, ſive genuinis, ſive ſuppoſiticiis, non legitur, nec ad eum provocant alii Patres. Haud tamen *Firmianum* memoria lapſum puto; ſed cùm MSSti complures habeant, *Solomon ita dicit in Ode undevigeſimâ*; alii verò *in Pſalmo undevigeſimo*; crediderim hoc teſtimonium ex *Pſaltario Solomonis*

Salomonem ita ſcriptum eſt: [2] *Infirmatus eſt uterus virginis & accepit fœtum, & gravata eſt, & facta eſt in multa miſeratione mater virgo.* Apud Eſaiam ſic: [3] *Ecce virgo accipiet in uterum, & pariet filium & vocabitis nomen ejus Emmanuel,* quod ſignificat nobiſcum Deus: fuit enim nobiſcum in terra, cum induit carnem, & nihilominus Deus fuit in homine, & homo in Deo. [4] Utrumque autem fuiſſe à Prophetis ante prædictum eſt. Quod Deus fuerit,

lomonis eſſe deſumtum: Pſalmos enim XVIII. ejus nomine præſcriptos poſt *J. L. Cerdanum* publici juris fecit *J. A. Fabricius*, vir egregius, Cod. Pſeud. V. T. pag. 917. ſeqq. & ejuſdem farinæ plures olim extitiſſe patet ex *Nicephori* Stichometriâ, qui verſus numerat MMC.

3. *Ecce virgo* accipiet in uterum — *&* vocabitis *nomen ejus Emmannuel*] Vide *Eſaia* VII, 14. Hunc autem locum ſic repræſentant editiones nuperæ *Lactantii* Div. Inſt. lib. IV. cap. XII, 4. *Ecce virgo* concipiet in utero — *&* vocabit *nomen ejus Emmanuel.* At ſequendi ſunt vetuſtiſſimi Codices; nam καλέσετε legit noſter, ut & *Tertullianus, Cyprianus* ac *Hieronymus*, non καλέσεται, vel καλέσουσι, vel καλέσεις, ut alii. Altera verò lectionis varietas à LXX. Interpretibus fulcitur, qui dant, ἐν γαστρὶ λήψεται, *in utero accipiet.*

4. *Utrumque autem fuiſſe*] MS. *utrumque autem* Deum *fuiſſe.* Omninò legendum *utrumque autem* EUM *fuiſſe.*

fuerit, [1] Eſaias ita dicit: *Adorabunt te, & in te precabuntur, quoniam in te Deus eſt,* [2] *& non alius Deus præter te. Tu enim Deus es, & nos neſciebamus;* [3] *Deus Iſraël. Confundentur & reverebuntur omnes, qui adverſantur tibi, &* [4] *cadent in confuſionem.* [5] Item Jeremias: *Hic Deus noſter eſt, & non deputabitur alius abſque illo, qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit*

1. *Eſaias ita dicit*] Cap. XLV, 14, 15, 16.

2. *Et non alius Deus præter te. Tu enim Deus es*] Has voces addidi ex *Lactantio* lib. IV. cap. XIII, 7. Eas enim ſervant exemplaria Hebraica, Latina, Græca; & ex hac Epitomâ propter Librarii negligentiam exciderunt. Vide *Hilarium* de Trin. lib. IV. cap. 38; ſeqq.

3. *Deus Iſrael*] Addito vocabulo, legendum *Deus Iſrael* SALVATOR. Vide *noſtrum* Div. Inſtit. lib. IV. cap. XIII, 7. *Cyprianum* Teſtim. adv. Judæos lib. II. cap. 6. reliquoſque Patres, ſimul ac Veteris Teſtamenti Codices univerſos.

4. *Cadent in* confuſionem] MS. perperam *confeſſionem*, ut Cl. etiam *Pfaffius* rectè vidit.

5. *Item Jeremias*, Hic Deus noſter eſt &c.] Pericopen hanc ſub *Jeremiæ* prophetæ nomine laudat etiam noſter lib. IV. Div. Inſt. cap. XIII, 8. quæ tamen eſt *Baruchi* cap. III, 36, ſeqq. Nimirum *hoc teſtimonium quidam, non Hieremiæ, ſed ſcribæ ejus tribuunt, qui vocabatur Baruch: ſed Hieremiæ celebratius habetur,* ut ait *Auguſtinus* C. D. lib. XVIII. cap. 33. Equidem Patres hunc, ut & alios *Baruchi* locos, *Hieremiæ* paſſim adſcribunt. Vide *Hilarium* de Trin. lib. IV. c. 42. & *Jac. Pamèlium* ad *Cy-*

Digitized by Google

dit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſibi. Poſthæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Item, quod homo fuerit, idem Jeremias dicit: [6] *Et homo eſt, & quis cognovit eum?* Eſaias quoque ſic tradit: [7] *Et mittet eis Dominus hominem, qui ſalvabit eos, & judicans ſanabit eos.* Item [8] Moyſes ipſe in Numeris: *Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget homo ex*

Cypriani Teſtim. contra Judæos lib. II. cap. 6. Quin & Judæos δεκάτῃ τοῦ μηνὸς Γορπιαίου συναθροιζομένους — ἀναγινώσκειν ——— τὸν Βαροὺχ, (ἐν ᾧ γέγραπται, Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν &c.) teſtatur Auctor Conſtit. Apoſtol. lib. V. cap. 20.

6. *Et homo eſt, & quis* cognovit *eum*] Ita quidem locum laudat *noſter* lib. IV. Div. Inſt. cap. XIII, 10. ut nihil hic ſit immutandum. At LXX. Interpretum fidem ſecuta fuit *Italica* verſio, iique dant Jerem. XVII, 9. καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς ΓΝΩ'ΣΕΤΑΙ αὐτόν; *Et homo eſt & quis* COGNOSCET *eum?* Nec aliter legunt *Tertullianus* adv. Jud. cap. XIV. de Carne Chriſti cap. XV. & adv. Marcionem lib. III. c. 7. *Cyprianus* contra Judæos lib. II. cap. 10. ac *Hilarius* de Trin. lib. IV. c. 42.

7. *Et mittet eis* Dominus *hominem* &c.] Ex hoc loco corrigenda ſunt exemplaria *Lactantii* lib. IV. cap. XIII, 10. in quibus eſt, *& mittet eis* Deus *hominem* &c. nam LXX Intt. habent: Ἀποστελεῖ αὐτοῖς ΚΥ'ΡΙΟΣ ἄνθρωπον, ὃς σώσει αὐτοὺς, κρίνων σώσει αὐτούς. Exſtant *Eſaiæ* XIX, 29. Igitur fruſtrà ſunt *Gallæus*, *Cellarius*, & alii, qui hæc in eo Propheta negant inveniri.

8. *Moyſes ipſe in Numeris*] Verba ſunt Balaami Num.

ex Iſraël. Idcirco igitur cum Deus eſſet, ſuſcepit carnem, ut [1] inter Deum & hominem medius factus, hominem ad Deum magiſterio ſuo ſuperata morte perduceret.

CAPUT XLV.

DIXIMUS de nativitate. Nunc de virtute operibuſque dicamus; quæ cum magna inter homines ac mirabilia faceret, videntes illa [2] Judæi, magicâ potentiâ fieri putabant, ignorantes ea omnia, quæ fiebant ab eo, prædicta eſſe à Prophetis. Ægros & vario morborum genere

Num. XXIV, 17. ſecundum LXX. Interpretes, qui nonnihil ab Hebraica veritate abeunt diverſi. Ita tamen Patrum chorus univerſus. Forſan Metaphraſtæ Græci dederant καὶ ἄνθος ἐξ Ἰσραὴλ, quod jam ante conjecerat vir Cl. *Lamb. Bos* Prol. c. 3.

1. *Inter Deum & hominem* medius *factus*] Mediator; nam *fuit & Deus & homo, inter Deum atque hominem* MEDIUS *conſtitutus. Unde illum Græci μεσίτην vocant; ut hominem perducere ad Deum poſſet.* Vitioſa eſt diſtinctio. Lege, *medius conſtitutus (unde illum Græci μεσίτην vocant) ut hominem* &c. Verba ſunt *Lactantii* Div. Inſt. lib. IV. cap. XXV, 5. Vide *Cyprianum* Teſtim. adv. Judæos lib. II. cap. 10.

2. *Judæi, Magicâ potentia fieri putabant*] Hanc calumniam Chriſto plus ſemel intentabant cæci, immò blaſphemi, Judæi. Vide *Matthæi* IX, 34. XII, 24. nec meliores facti ſunt eorum

Digitized by Google

genere languentes non medela aliqua, ſed vi ac poteſtate verbi ſui protinus roborabat, debiles reſanabat, claudos ad greſſum erigebat, cæcis viſum reſtituebat, mutis eloquium dabat, [3] ſurdos inauribat, [4] pollutos maculatoſque purgabat, furiatis dæmonum incurſu mentem propriam reponebat, [5] mortuos aut jam ſepultos ad vitam lucemque revocabat. Idem quinque millia hominum quinque panibus & duobus piſcibus ſaturavit. Idem ſupra mare ambulavit. Idem in tempeſtate præcepit vento ut conquieſceret, ſtatimque tranquillitas facta eſt: quæ omnia

rum poſteri. Pari impietate ſe contaminârunt *Celſus* & ex Paganis alii. Vide *Origenem* lib. I. p. 7. ac lib. VIII. p. 384. *Tertullianum* Apol. cap. XXI. & *Arnobium* lib. I. pag. 30. Quin & Chriſtiani nominis hoſtes eo uſque proceſſerunt ſceleris, ut Chriſtum libros ad Petrum & Paulum ſcripſiſſe dixerint, quibus artes Magicæ continerentur. Vide *Auguſtinum* de Conſ. Evang. lib. I. c. 9. ſeqq.

3. *Surdos* inauribat] Potius ex ævi ſui more, quam ex elegantioribus, quos ferè ſequi ſolet, Latini ſermonis auctoribus, hic loquitur noſter *Lactantius*. Vocem illam hauſiſſe videtur ex Italica Bibliorum verſione. Vide *Hilarium* in Pſalm. 53. & 54.

4. *Pollutos maculatoſque*] Leproſos intelligit.

5. *Mortuos aut jam ſepultos*] Legendum *mortuos*, etiam, vel, & jam *ſepultos*, ut equidem cenſeo.

Digitized by Google

omnia [1] & in Prophetarum libris, & in carminibus Sibyllinis prædicta invenimus. Ob hæc miracula cùm ad eum magna concurreret multitudo, &, ut erat, Dei filium, & à Deo miſſum crederet, repleti invidiâ Sacerdotes ac principes Judæorum, ſimul irâ concitati, quod eorum peccata & injuſtitiam coarguebat, coierunt ut eum occiderent. Quod futurum ante annos mille paulo amplius [2] Salomon in Sapientia pronunciaverat his verbis; [3] *Circumveniamus juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis, & exprobrat nobis peccata legis. Promittit ſcien-*

1. *Et in prophetarum libris, & in carminibus Sibyllinis prædicta invenimus*] Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. IV. cap. 15. Prophetarum de Chriſti miraculis prædictiones diligenter collegit vir illuſtris *P. D. Huëtius* Dem. Evang. Propoſ. IX. cap. 39, ſeqq. Quin & Sibyllam περὶ πάντων τῶν ὑπ' Ἰησοῦ Χριστοῦ γίνεσθαι μελλόντων, σαφῶς καὶ φανερῶς προαναφωνῆσαι teſtatur *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græc. cap. XLII. Nec hoc ſanè negari poteſt, ſi Sibyllina pro veris habeantur, ut rati ſunt Patrum plerique. Vide lib. I. pag. 187. ſeq. & lib. VIII. pag. 384, ſeqq.

2. *Salomon in ſapientiâ*] Vulgi ſententiam complectitur *Lactantius*; nam hunc librum ψευδεπίγραφον eſſe pronunciat *Hieronymus* Epiſt. CXV. &, ut teſtatur *Auguſtinus* C. D. lib XVII. cap. 20. *non eſſe ipſius*, (Salomonis) *non dubitant doctiores. Eum tamen in auctoritatem*

ſcientiam Dei ſe habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & mutatæ ſunt viæ illius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo. Continet ſe à viis noſtris, quaſi ab immunditiis, & præfert noviſſima juſtorum, & [4] gloriatur patrem Dominum. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſunt, & tentemus, quæ eventura ſunt illi. [5] Contumeliis & tormentis interrogemus eum, ut ſciamus reverentiam illius

ctoritatem maximè occidentalis antiquitùs recepit Eccleſia. Hinc intelligi poteſt, cur eum magni faciat Epiſcopus Hipponenſis lib. I. de Prædeſt, Sanct. cap. 14.

3. *Circumveniamus juſtum* &c.] Exſtant Sapientiæ cap. II. vſ. 12. ſeqq.

4. *Gloriatur patrem* Dominum] Omninò legendum, *gloriatur Patrem* DEUM; exemplaria enim Græca habent, ἀλαζονεύεται πατέρα ΘΕΟ'Ν. Has voces inter ſe permixtas eſſe jam notavimus ad cap. IV. Quod autem apud *noſtrum* Div. Inſtit. lib. IV. cap. 16. & apud *Cyprianum* Teſtim. adv. Judæos lib. II. cap. 14. legas, *gloriatur patrem* ſe habere *Deum*, id Monachis eos ad vulgatam verſionem refingentibus debet imputari; nam veterem Italicam ſervavit fidus Epitomes hujuſce Librarius.

5. *Contumeliis & tormentis*] Ita quidem præferunt Codices *Lactantiani* lib. IV. Div. Inſtit. cap. XVI, 9.

&

lius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eum. Hæc cogitaverunt & erraverunt. Excæcavit enim illos ſtultitia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei. Harum igitur litterarum immemores, quas legerunt, incitaverunt populum tanquam adverſus impium, ut eum comprehenſum ad

& ita hoc in loco dedit Cl. *Pfaffius.* At MS. *contumelia & tormenta.* Leg. *contumelia & tormento*; nam Græcè fertur ὕβρει καὶ βασάνῳ; nec aliter *Cyprianus* adv. Jud. II, 14. vulgata verſio, & *Auguſtinus* C. D. lib. XVII. cap. 20.

1. *Quod ſe filium Dei diceret*] *Marcus* XIV, 61. ſeqq. & *Lucas* XXII, 70. Vide lib. IV. Div. Inſtit. cap. XVIII, 4.

2. *Et quod legem ſolveret, curando homines in Sabbato*] Hoc non vitio vertêrunt Judæi, cùm Chriſtum coram Pilato ſiſterent judicandum; ſed ex hac cauſſa male animati fuerunt in eum Phariſæi, plebemque ei infenſam reddere ſatagebant. Vide *Marci* cap. III, 2. & *Lucæ* cap. VI, 7. Reſpexit autem noſter ad *Joannis* V, 18. ubi ait Evangeliſta, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν (Ἰησοῦν) οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν. At *Lactantius* id, quod privato conſilio ſuſceperunt verpi, publico judicio perperam adſcribit.

3. *Quam ille ſe non ſolvere, ſed implere dicebat*] Rurſus tempora malè miſcet *Firmianus.* Vide *Matthæi* V, 17.

4. *Qui tum* LEGATUS in Syria *judicabat*] Sic rectè Cl. *Pfaffius*; MStus enim pravè dat *in Syriam.* At ipſe *Lactantius* ἀνιστορησίας reus eſt, cùm Pilatum *Legatum in Syria judicaſſe* dixerit; nam *Judææ* tantùm *procurator* fuit. Hoc, præter *Joſephum*

Digitized by Google

ad judicium ducerent, mortemque ejus impiis vocibus flagitarent. Intentabant autem pro crimine id ipſum, [1] quod ſe Dei filium diceret, [2] & quod legem ſolveret, curando homines in Sabbato, [3] quam ille ſe non ſolvere, ſed implere dicebat. Cumque Pontius Pilatus, [4] qui tum legatus in Syria judicabat, perſpiceret,

Joſephum, *Juſtinum* Martyrem ac *Tacitum*, diſertis verbis tradit *Philo* de Leg. ad Caium pag. 799. Quandoquidem tamen erant procuratores, qui extra fiſci cauſas jus dicerent, & gladio etiam animadverterent, iique vice præſidum fungi dicerentur, ut obſervavit præſtantiſſimus *Grotius* ad *Matthæi* XXVII, 2. ac ſiquidem *Præſidis nomen generale eſt, eoque & Proconſules & Legati Cæſaris, & omnes Provincias regentes* — Præſides *appellantur*, ut ait *Macer* Digg. lib. I. Tit. XVIII. *Firmianus* levitèr peccâſſe cenſeretur, ſi Pilatum in *Judæâ*, Syriæ parte, *legatum* egiſſe dixiſſet; præſertim cùm eum Ἡγεμόνα vocent ſacri Scriptores; nam Legati Cæſaris, erant provinciarum præſides, ab Imperatore miſſi. Utcunque ſit, hunc errorem priùs erraverat Div. Inſtit. lib. IV. cap. XVIII, 4. *Pontius*, inquit, *Pilatus tum* LEGATUS SYRIAM *regebat*. Et hinc liquet operam luſiſſe *Caſp. Barthium*, qui Adverſ. VII, 2. legit, *qui* (Pontius Pilatus) SUB SILANO JUDÆAM *regebat*. Sed ſolenne Criticis eſt, ab Auctoribus ipſis ad Librarios vitia transferre, ſcribaſque jure merito paſſim culpandos, incuriæ non ſuæ damnare. Pontium Pilatum SYRIAM *tunc ex parte Romana* procuraſſe, pari ferè lapſu dixit *Tertullianus* Apol. cap. XXI. & poſt eum *Cyprianus* de Idol. vanit. cap. 7.

1. *Ad*

ret, cauſam illam [1] ad officium Romani Judicis non pertinere, miſit eum ad Herodem Tetrarcham, [2] permiſitque Judæis, ut ipſi legis ſuæ diſceptatores eſſent, qui, acceptâ ſceleris poteſtate, addixerunt eum cruci; [3] ſed prius flagellis & palmis verberaverunt, ſpinis coronarunt, faciem conſpuerunt, in cibum & potum dederunt ei [4] fel & acetum, & inter hæc nulla vox ejus audita eſt. Tunc carnifices [5] ſortiti de tunica ejus & pallio, ſuſpenderunt patibulo atque adfixerunt, cum poſtridie [6] Paſcha, id eſt, feſtum diem ſuum celebraturi eſſent. Quod facinus pro-

1. *Ad officium Romani Judicis non perrinere*] Iterum lapſus eſt noſter; cauſa enim, cur Chriſtum ad Herodem mitteret Pilatus, erat, quod Jeſus in Galilæa natus putabatur, eaque regio in Herodis fuit ditione. Non aliter facere ſolebant Provinciarum rectores. Vide *H. Grotium* ad *Lucæ* XXIII, 7.

2. *Permiſitque Judæis, ut ipſi* &c.] Vide *Joannis* XIX, 7.

3. *Sed prius flagellis & palmis verberaverunt, ſpinis coronarunt, faciem conſpuerunt*] Vide *Matthæi* XXVI, 67. At non Judæorum, ſed Pilati juſſu flagellis cæſus eſt, ejuſque capiti contextam è ſpinis coronam impoſuerunt Romani milites. Adi *Lucæ* cap. XXIII, 22. & *Joannis* XIX, 1, ſeqq. Si hæc eleganter depicta videre cupias, adi *Cyprianum* de Bono Patient. cap. IV.

4. *Fel & acetum*] Ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον. *Matthæus* XXVII, 34.

5. *Sortiti de tunica ejus & pallio, ſuſpenderunt patibulo*] Cl. *Pfaffius* edidit, *ſuſpendê-*

prodigia ſecuta ſunt, ut intelligerent nefas, quod admiſerant. Eodem namque momento, quo ſpiritum poſuit, & [7] terræ motus magnus, & deliquium ſolis fuit, ut in noctem dies verteretur.

CAPUT XLVI.

Hæc omnia Prophetæ ſic futura eſſe prædixerant. Eſaias ita dicit: *Non ſum contumax, neque contradico,* [8] *dorſum meum poſui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciem*

ſuſpendêrunt EUM *patibulo*; ſed cùm MS. *pronomine* careat, idque facilè ſubaudiri poſſit, à Codice ſtandum putavimus. Noſter autem ab Evangeliſtis, qui rem pleniſſimè narrant, abit diverſus; ii enim tradunt, milites, poſtquam Jeſum cruci fixiſſent, diviſis inter ſe reliquis veſtimentis, ſortem de inconſutili ejus tunica jeciſſe. Vide *Matthæi* XXVII, 35. & *Joannis* XIX, 23, 24.

6. *Paſcha, id eſt, feſtum diem ſuum*] Vide *Joannis* XIX, 31. Quin & *Paſcha* κατ' ἐξοχὴν ἑορτὴ vocatur. Adi virum ſummum *H. Grotium* in *Matthæi* XXVII, 15.

7. *Terræ motus magnus & deliquium ſolis fuit*] Vide *Matthæi* XXVII, 45, 51. Hâc de re *Phlegontis*, & aliorum teſtimonia congeſſit *Euſebius* in Chronico pag. 77. Vide & *Tertullianum* Apol. cap. XXI. ac *P. D. Huëtium* Demonſt. Evang. Propoſ. III. §. 8, 9.

8. *Dorſum meum* poſui] Ultima vox in MSto non compareret; quod cùm pura puta

ciem autem meam non averti à fœditate ſputorum. Idem de ſilentio: *Sicut ovis, ad immolandum adductus ſum, & ſicut agnus* [1] *coram tondentibus ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* Item David [2] in Pſalmo XXXIV. *Congregata ſunt in me flagella,* [3] *& ignoraverunt; diſſoluti ſunt, nec compuncti ſunt,* [4] *tentaverunt me, & ſtriderunt ſuper me dentibus ſuis.* Idem de cibo & potu [5] Pſalmo LXVIII. *Et dederunt in eſcam meam*

putâ Librarii negligentia factum ſit, eam rectè ſupplevit Cl. *Pfaffius*. Vide noſtrum Div. Inſt. lib. IV. cap. 18. & *Cyprianum* contrà Jud. lib. II. cap. 13. nè *Patres* alios memorem, vel Prophetæ ipſius cap. L, 6. ubi verba Synonyma leguntur tam in Græcis quam in Hebraïcis exemplaribus.

1. *Coram tondentibus ſine voce*] Lege *coram tondentibus* SE *ſine voce*; ſic enim hunc locum, qui eſt *Iſaiæ* LIII, 7. laudat noſter Div. Inſtit. lib. IV. c. XVIII, 16. At *Tertullianus* cùm alibi, tùm adv. Judæos cap. IX. pag. 194. & cap. XIII. pag. 199. *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 15. ac vulgata verſio, *ſingulariter* efferunt, habentque, *coram* TONDENTE SE *ſine voce*: & hinc apud LXX. Interpretes ſcribendum, *ἐναντίον τοῦ κείραντος* ΑΥΤΟ`Ν *ἄφωνος*, ut eſt in *Alex.* MSto, nam pronomen ex aliis excidit.

2. *In Pſalmo* XXXIV.] Secundùm Hebræos Pſ. XXXV, 15.

3. *Et* ignoravêrunt] Apud *Lactantium* Div. Inſt. lib. IV. cap. XVIII, 14. editiones nuperæ repræſentant, *& ignoravi*. Sed reponenda eſt antiqua lectio, prout fidem facit Epitome noſtra. Nam licèt Hebraica

meam fel, & in ſiti mea potum mihi dederunt acetum. Item de cruce Chriſti: [6] *Et foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea; ipſi autem comtemplati ſunt, & viderunt me; diviſerunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam ſortem miſerunt.* Moyſes in Deuteronomio: [7] *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die & nocte, & non credes vitæ tuæ.* Item in Numeris: [1] *Non*

ca veritas, non minus ac interpretes Græci Latinique, *ſingularem* numerum ſervent, *pluralem* tamen exhibet *Auguſtinus*, & utriuſque ſcripturæ meminit auctor Commentarii, qui ſub *Hieronymiano* nomine fertur, Tom. VII. Op. pag. 43. ed. Victor. Pariſ.

4. *Tentaverunt me*] Poſt hæc verba noſter Div. Inſt, IV, 18. addit, *& deriſerunt deriſu*; quæ vel Librarius oſcitans, vel noſter brevitati ſtudens, omiſit; eorum enim ſenſus in Hebræis, Græcis, Latinis exemplaribus habetur.

5. *Pſalmo* LXVIII] Sic recte Cl. *Pfaffius*, nam prima vox in MSto deerat. Locus autem exſtat Pſ. LXIX, 21.

6. Et foderunt *manus*] Legendum *effoderunt manus*, ut habent noſter Inſt. Div. lib. IV. cap. XVIII, 30. & *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 20. Hæc autem leguntur Pſalm. XXII, 16. ſeqq.

7. *Et erit* pendens &c.] Exſtant Deuter. XXVIII, 66. Licet autem hunc locum de Jeſu crucifixione ſit interpretatus *Irenæus* Adv. Hæreſ. IV, 23. V, 17. quem ſecuti ſunt *Tertullianus*, *Novatianus*, *Athanaſius*, & alii; à ſcopo

Digitized by Google

[1] *Non quaſi homo Dominus ſuſpenditur, neque quaſi filius hominis* [2] *minas patitur*. Item Zacharias: [3] *Et intuebuntur in me, quem trafixerunt*. De ſolis obſcuratione Amos ita dicit: *In illo die, dicit Dominus, occidet ſol meridie,* [4] *et*

à ſcopo tamen Auctoris prorſus aberrârunt; illic enim Deus Iſraëlitis minatur, fore ut vitam ſuam in ſummâ anxietate, continuiſque periculis tranſigerent, ni legibus divinis ſe præſtarent obedientes. *Suidas*: Ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι — ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις ὄντων. Et ſimilis eſt poteſtas τοῦ ἐκ τριχὸς κρέμασθαι, quod proverbium habent *Zenobius* Cent. III, 47. & *Diogenianus* IV, 41. Vide ſis *Hieron. Columnam* ad *Ennii* Fragm. pag. 54.

1. *Non quaſi homo Dominus ſuſpenditur* &c.] Verſionem ſequitur Interpretum Græcorum, qui ſic habent Num. XXIII, 19: Οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς διαρτηθῆναι, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἀπειληθῆναι. Ubi ad vocem διαρτηθῆναι notat Scholiaſtes, τοῦτ' ἔστι σαλευθῆναι· τὰ γὰρ κρεμάμενα σαλεύονται. Recte quidem; Balaamus enim de veracitate ſummi Numinis & ejus ἀμεταβολίᾳ loquitur. Id autem noſter, verborum potius ſono quàm ſenſu ductus, ad alienam prorſus mentem contorſit. Ei tamen præivit *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 20. ex quo ſcribendum, *Non quaſi homo* DEUS *ſuſpenditur*; Θεὸς enim, non Κύριος, in Græcis legitur. Alteram tamen lectionem ſervat *Lactantius* Div. Inſtit. lib. IV. cap. XVIII, 29. At has voces à Librariis paſſim confuſas eſſe ſæpius notavimus.

2. Minas *patitur*] Sic legendum putavit Cl. *Pfaffius*, cùm in MSto *minans* ſcriberetur. Ejus conjecturam, à *Cypriano*, noſtroque in Div. Inſtit. firmatam, recipere nullus equidem dubitavi.

3. *Et intuebuntur in me, quem*

4 *& obtenebrabitur dies lucis, & convertam dies feſtos veſtros in luctum, & cantica veſtra in lamentationem.* Item Jeremias de civitate Hieroſolyma, in qua paſſus eſt: 5 *Et ſubivit ſol ei, cum adhuc*

quem trafixerunt] Vel *transfixerunt.* Ita quidem noſter etiam lib. IV. Div. Inſtit. cap. 18. At *Cyprianus* Teſtim. II, 20. *Intuebuntur in me,* IN QUEM *transfixêrunt*; ΕΙΣ ὃν ἐξεκέντησαν, ut habent nonnulla Græcæ verſionis exemplaria *Zachariæ* XII, 10. quod vel à *Lactantio,* vel à Librariis ob Latinitatem mutatum videtur. Vide *Joannis* XIX, 37.

4. *Et* obtenebrabitur *dies lucis*] Ex nonnullis MSStis & editis *Chr. Cellarius* Inſtit. Div. lib. IV. cap. 19. repræſentavit, *&* tenebrabitur *dies lucis*; ſed alteram lectionem ſequendam fuiſſe præſtat hicce locus, ut & *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 23. LXX. quidem Intt. *Amoſi* VIII, 9. habent, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. At à nonnullis olim legebatur ἡ ἡμέρα τοῦ φωτὸς, ut ex hac verſione patet, quam confirmat etiam *Tertullianus* adv. Judæos cap. X. vel ἐν ἡμέρᾳ τοῦ φωτὸς, quemadmodum *Irenæus* lib. IV. contra Hæreſ. cap. 66. eaque vera eſt ſcriptura, ut ex Hebraica veritate conſtat.

5. *Et ſubivit Sol ei, cum adhuc medius dies eſſet*] Senſus eſt, Hieroſolymam in medio rerum proſperarum curſu ſubrutam fuiſſe; nam lux pro felicitate, tenebræ verò pro rebus adverſis paſſim ſumuntur. Noſter tamen hoc prophetæ dictum cap. XV, 9. ad Solis ἔκλειψιν Chriſto crucifixo factam malè detorſit, cui præiverunt *Irenæus* IV, 66. & *Cyprianus* Teſtim. II, 23. Ex Epiſcopo autem Carthaginienſi, & hoc Epitomes loco ſcribas oportet Inſt. D. IV, 19. *Et ſubivit ſol ei,* non *occidit,* ut, refragante licet *Iſæo,* dant recentiores.

huc medius dies eſſet; [1] *contuſa eſt & maledicta; reliquos eorum in gladium dabo.* Nec fruſtra hæc dicta ſunt: ſiquidem poſt breve tempus Imperator Veſpaſianus Judæos debellavit, & terras eorum ferro ignique depopulatus eſt, obſeſſos fame ſubegit, Hieroſolymam evertit, captivos triumphavit, cæteris, qui reliqui fuerunt, terris ſuis interdixit, nequando iis ad ſolum patrium reverti liceret. Quæ à Deo, propter illam Chriſti crucem, facta ſunt, ut hoc in ſcripturis eorum [2] Salomoni ante teſtatus ſit, dicens: *Et erit Iſraël in perditionem, &* [3] *in oppro-*

1. Contuſa *eſt & maledicta*] Legendum CONFUSA *eſt & maledicta,* ut ex locis jam laudatis conſtat, & ex LXX Interpretibus, qui vertunt κατῃσχύνθη καὶ ὠνειδίσθη.

2. Salomoni *ante teſtatus ſit*] Legendum *Salomon* in nominandi caſu.

3. *In* opprobrium *populo*] Ita noſter etiam lib. IV. Div. Inſt. cap. XVIII, 32. Sed cùm præſtantiſſimus Epitomes hujuſce MS. habeat *in inproperium*, ea vox utrobique videtur reducenda. Gloſſæ veteres: *Improperium*, ὄνειδος, ὀνειδισμὸς, ὀνείδισις. Sic paſſim loquitur vulgatus Bibliorum interpres, nec eam neſciunt *Irenæi* Metaphraſtes, *Ambroſius*, *Hieronymus*, & alii. Auctor Declam. pro Tribuno Mariano, quam ad *Quinctiliani* ſui calcem ex Codice *Joan.* primus edidit *Edm. Gibſonus*, tunc quidem juvenis eruditus, nunc vero Lincolnienſium Præſul digniſſimus, hæc habet non procul ab initio: *Miles iratus, & inſolens — ſempiternum incuſſit* opprobrium *paludatis*. At MS.

Digitized by Google

opprobrium populo, & domus hæc erit deſerta, & omnis qui tranſiet per illam, admirabitur, & dicet: Propter quam rem Deus fecit terræ huic & huic domui hæc mala? Et dicent, quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, [4] & perſecuti ſunt Regem ſuum dilectiſſimum Deo, & [5] cruciaverunt illum in humilitate magna: [6] pro hoc importavit illis Deus mala hæc. Quid enim non mererentur, qui Dominum, qui ad ſalutem ipſorum venerat, peremerunt?

CAPUT

MS. habet *improprium*. Leg. *improperium paludatis.*

4. *Et perſecuti ſunt Regem ſuum dilectiſſimum Deo, & cruciavêrunt illum in humilitate magnâ*] Hæc in Codicibus Bibliorum Hebraicis, Græcis, aut Latinis non comparent I. Reg. IX, 7. ſeqq. ubi reliqua leguntur; ſed eorum loco cuncti repræſentant, *qui eorum patres ex Ægypto eduxerat, ex domo ſervitutis, ceperuntque ſibi Deos alienos, quos adorarunt & quibus ſervierunt.* Adeò ut *Lactantius* in librum à malâ manu corruptum inciderit; eadem enim exſtant lib. IV. Div. Inſt. cap. XVIII, 33.

5. Cruciavêrunt *illum*] Cruci affixêrunt; hæc enim illi voci poteſtas interdum tribuitur, ut probavit *Juſt. Lipſius* de Cruce lib. I, 3. Videſis & Epitomes hujuſce c. 48.

6. Pro hoc *importavit*] Leg. *propter hoc*, διὰ τῦτο, quemadmodum LXX. Interpretes. Sic ipſe Firmianus lib. IV. cap. XVIII, 33.

Digitized by Google

CAPUT XLVII.

POST hæc detractum patibulo corpus monumento condiderunt. Verum tertio die ante lucem, terræ motu facto, ac revoluto lapide, quo ſepulchrum clauſerant, reſurrexit. In ſepulchro autem nihil niſi [1] exuviæ corporis ſunt repertæ. Ipſum vero reſurrecturum die tertio

1. *Exuviæ corporis*] Linteamina, veſtès, quibus indutum fuerat corpus mortuum. *Virgilius* Æn. IV, 496.

—— Exuviaſque *omnis lectumque jugalem,*
Quo perii, ſuperinponas ——

Iterum vſ. 651.

Dulces exuviæ, *dum fata Deuſque ſinebant,*
Accipite hanc animam ——

Vide *Nonium* cap. VI.

2. Ad *inferos*] Noſter lib. IV. cap. XIX, 8. *Irenæus* lib. III. cap. XII. & *Cyprianus* Teſt. adv. Jud. lib. II. cap. 24. habent *apud inferos*; ſed Epitomes hujuſce lectionem prætulerim, cùm à receptâ loquendi ratione longius abeat, & vocibus εἰς ᾅδου, quibus uſi ſunt Interpretes Græci Pſ. XV, 10. accuratè reſpondeat; ſic enim ex MSto *Alex.* & Act. II, 13. ſcribendum, non εἰς ᾅδην, ut vulgati.

3. *Hic filius meus ſapiens*] Cl. *Pfaffius* ediderat, *hic* eſt *filius meus ſapiens*, ſed cùm *verbum ſubſtantivum* nec in MSto nec apud noſtrum Inſt. Div. lib. IV. cap. XIX, 9. aut LXX. Interpretes legatur *Hoſea* XIII, 13. id delevimus.

Ibid. *Filius* meus *ſapiens* &c.] Ab Hebraïcâ veritate diſcedit LXX ſenum interpretatio, quæ ſic ſe habet. Οὗτος ὁ υἱός ΣΟΥ ὁ φρόνιμος, διότι οὐ μὴ ὑποστῇ (ex MSto *Barber.*

tertio jam olim Prophetæ fuerant prælocuti. David in Pſalmo xv. *Non derelinques animam meam* [2] *ad inferos, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Item Oſee; [3] *Hic filius meus ſapiens, propter quod nunc non reſiſtet in contribulatione filiorum ſuorum, & de manu inferorum eruam eum. Ubi eſt judicium tuum, mors, ubi eſt aculeus tuus?* Idem rurſus: [4] *Vivificabit nos*

Barber. noſtro & *Hieronymo* leg. νῦν ἐ ὑποςῇ) ἐν συντριβῇ τέκνων. Ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσομαι, καὶ ἐκ θανάτου λυτρώσομαι ΑΥΤΟΎΣ. Ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; Propheta vult, Ephraimum, ſi ſaperet, idololatriæ pœnitentiam acturum, ut ſe calamitatibus liberaret, divinæque miſericordiæ fructus perciperet ampliſſimos. Horum verborum partem ultimam laudat *Paulus* I. Cor. XV, 55. & eam, mortuorum facta reſurrectione, fore teſtatur impletam; quià voces ei denotandæ poſſint inſervire, licet hanc *Hoſeæ* mentem fuiſſe nullus putârit. Vide virum ſummum *H. Grotium* in *Matthæi* I, 22. At noſter ab omnibus exemplaribus abit diverſus, ut hoc in loco reſurrectionem Chriſti reperiret; & ab auctoris ſcopo prorſus aberravit.

4. *Vivificabit nos poſt biduum die tertio*] Sic etiam noſter lib. IV. Div. Inſtit. cap. XIX, 9. Et ſic ex MSStis legendum eſt apud *Cyprianum* Teſtim. adv. Jud. lib. II. cap. 25. non *& die tertio reſurgemus*, ut multi dedêrunt: licet enim LXX. habeant *Hoſeæ* VI, 2. Ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐξαναστησόμεθα, nullo tamen jure Codices deſeruntur, cùm non defuerint, qui ſic Latinè

nos poſt biduum die tertio. Profectus igitur in Galilæam poſt reſurrectionem, diſcipulos ſuos rurſus, quos metus in fugam verterat, congregavit, datiſque mandatis quæ obſervari vellet, & ordinata Evangelii prædicatione per totum orbem, [1] inſpiravit in eos Spiritum ſanctum, ac dedit eis poteſtatem mirabilia faciendi; ut in ſalutem hominum tam factis, quam verbis operarentur; ac tum demum [2] quinquageſimo die remeavit ad Patrem, ſublatus in nubem. Hoc Daniel Propheta jampridem oſtenderat, dicens;

tinè reddidêre. Fruſtrà vero hæc ad ἀνάστασιν Chriſti referuntur; ſed *Lactantius* præeuntes habuit, tùm Antiſtitem Carthaginienſem, tum *Tertullianum* advſ. Jud. cap. XIII. pag. 199. & adv. Marcionem lib. IV. cap. 43. nè *Hieronymum*, plurimoſque recentiores memorem.

1. *Inſpiravit in eos Spiritum Sanctum*] Antequam Chriſtus in cœlos adſcenderet, accepta non fuêre Spiritûs Sancti dona; ſed inſufflatione miſſionem Spiritus Sancti certò futuram denotavit benigniſſimus Salvator. Vide *Grotium* & *Hammondum* ad *Joannis* XX, 22.

2. Quinquageſimo *die remeavit ad Patrem*] Lege *quadrageſimo die*; nam, quod ait *Lucas* Act. I, 3. Apoſtolis δι' ἡμερῶν ΤΕΣΣΑΡΑ΄ΚΟΝΤΑ ὢν ὀπτανόμενος. Hoc verò non Auctoris, ſed Librarii fuit erratum, ut patet ex Inſt. Div. lib. IV. cap. 21.

3. *Veniens, & uſque ad antiquum dierum*] Particulam copulantem perperàm

dicens: *Videbam in viſu noctis, & ecce in nubibus cœli ut filius hominis*[3] *veniens, & uſque ad antiquum dierum pervenit, & qui aſſiſtebant, obtulerunt eum, & datum eſt ei regnum, honor, & imperium, & omnes*[4] *populi, tribus, linguæ ſervient ei, & poteſtas ejus æterna, quæ nunquam tranſibit, &*[5] *regnum ejus non corrumpetur.* Item David in Pſalmo CIX. *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos*[6] *ſub pedaneum pedum tuorum.*

CAPUT

ràm deleverat Cl. *Pfaffius*, licet enim illam prætermittant *Tertullianus* & *Cyprianus*, tamen habent LXX. ſenes *Danielis* VII, 13. & noſter Div. Inſt. lib. IV. cap. XII, 12.

4. *Populi, tribus, lingua*] Cl. *Pfaffius* contrà MSti fidem dedit *&* *linguæ*: ſed ut ſupra copulam malè dempſerat, ita hic fruſtra addiderat vir ille doctus; ἀσυνδέτως enim hunc locum profert noſter lib. IV. cap. 12. nec aliter LXX. ſenes in exemplaribus *Alexandrino* & *Aldino*.

5. *Regnum ejus non corrumpetur*] Sic etiam *Cyprianus* Teſtim. adv. Judæos lib. II. cap. 26. quin & LXX. dant, ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. At noſter lib. IV. cap. 12. habet *regnum ejus*, quod *non corrumpetur*; ac *pronomen* quidem exhibent *Tertullianus*, *Hieronymus*, aliique, ſimul ac Hebraïca veritas.

6. *Sub pedaneum*] Conjunctim legendum, *ſubpedaneum*, vel *ſuppedaneum*; quam vocem habent noſter

CAPUT XLVIII.

CUM igitur ad dexteram Dei ſedeat, calcaturus inimicos ſuos, qui eum cruciaverunt, quando ad judicandum orbem venerit; apparet nullam ſpem reliquam eſſe Judæis, niſi converſi ad pœnitentiam, & à ſanguine, quo ſe polluerunt, abluti, ſperare in eum cœperint, quem negaverunt. [1] Ideo ſic dicit Heſdra: *Hoc Paſcha Salvator noſter eſt & refugium noſtrum. Cogitate & aſcendat in cor veſtrum, quoniam* [2] *habemus*

lib. IV. cap. XII, 17. & *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 26. Græcè ὑποπόδιον. Vide Pſ. CX, 1. quem locum paſſim laudant θεόπνευστοι N. T. Auctores.

1. *Ideo ſic dicit* Heſdra: Hoc Paſcha Salvator noſter &c.] Leg. *ſic dicit Eſdras*. Hæc autem, quæ ſequuntur, in *Eſdræ* libro non comparent; nec mirum, cùm, ſi *Juſtino* Martyri fides Dial. cum Tryphon. pág. 297. ἀπὸ μὲν τῶν ἐξηγήσεων, ὧν ἐξηγήσατο Ἔσδρας εἰς τὸν νόμον τὸν περὶ τοῦ Πάσχα, τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἀφείλοντο (οἱ Ἰουδαῖοι·) ΚΑῚ ΕἾΠΕΝ ἜΣΔΡΑΣ ΤΩ͂ ΛΑΩ͂· ΤΟΥ͂ΤΟ ΤῸ ΠΑΣΧΑ Ὁ ΣΩΤῊΡ ἩΜΩ͂Ν, ΚΑῚ Ἡ ΚΑΤΑΦΥΓῊ ἩΜΩ͂Ν· ΚΑῚ ἘᾺΝ ΔΙΑΝΟΗΘΗ͂ΤΕ &c. quæ Latinè verſa dabit noſter etiam Div. Inſtit. lib. IV. cap. XVIII, 22.

2. Habemus *humiliare eum*] Debemus eum humiliare; vel eum ſumus humiliaturi, μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν

mus humiliare eum in ſigno, & [3] poſthæc ſperavimus in eum. Exhæredatos autem eſſe Judæos, quia Chriſtum reprobaverunt, & nos, qui ſumus ex gentibus, in eorum locum adoptatos, ſcripturis adprobatur. [4] Jeremias ita dicit: *Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam in manus inimicorum ejus. Facta eſt hæreditas mea mihi, ſicut leo in ſylva; dedit ipſa ſuper me vocem ſuam, ideo odivi eam.* Item Malachias: *Non eſt mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, & ſacrificium [5] non acceptum habebo ex manibus veſtris, quia à ſo-*

ταπεινοῦν. *Cyprianus* Teſtim. adv. Judæos lib. I. cap. IV. *Quòd ſcripturas ſacras intellecturi Judæi non eſſent, intelligi autem* haberent *in noviſſimis temporibus.* Iterum cap. 10. *Quod lex nova dari* haberet. Et ſic alibi paſſim. Eadem loquendi ratione uſus eſt noſter lib. IV. Div. Inſt. cap. 30. *Plurimæ ſectæ*, inquit, *& hæreſes* HABERENT *exſiſtere*, ubi *Serv. Gallæus* perperam reſcripſit, *deberent exſiſtere.* Vide *Frontinum* Stratag. lib. I. cap. IV, 3.

3. *Poſthæc* ſperavimus *in eum*] Lege *ſperabimus*, ut habet noſter lib. IV. Div. Inſt. cap. 18. Μετὰ ταῦτα ἐλπίσομεν ἐπ' αὐτὸν, ſic enim ſcribe, non ἐλπίσωμεν, ut malè fertur apud *Juſtinum* Dial. cum Tryphon. pag. 298.

4. *Jeremias ita dicit*] Cap. XII, 7, 8.

5. *Non acceptum habebo*] Exſtat Malachiæ cap. I, 10, 11. Ex hoc loco corrigendus eſt noſter lib. IV. Div. Inſt.

Digitized by Google

à ſolis ortu uſque ad occaſum clarificabitur nomen meum apud gentes. [1] Eſaias quoque ſic: *Venio colligere omnes gentes & linguas, & venient, & videbunt claritatem meam.* [2] Idem alio loco ex perſona Patris ad filium: *Ego Dominus Deus* [3] *vocavi te in juſtitiam, & tenebo manum tuam, & confirmabo te* [4] *in teſtamentum generis mei, in lucem gentium, aperire oculos cæcorum producere ex vinculis alligatos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.*

CAPUT

Inſt. cap. XI, 9. ubi editi libri dant *acceptum non habeo*; nam legendum *habebo*, tempus enim futurum retinent Hebraica veritas, LXX. ſenes, ſimul ac *Tertullianus*, *Cyprianus*, & alii Patres.

1. *Eſaias quoque ſic*] Cap. LXVI. vſ. 18.

2. *Idem alio loco*] Cap. XLII. vſ. 6, 7.

3. *Vocavi te in* juſtitiam] Licet LXX. ſenes habeant, ἐν δικαιοσύνῃ, & *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 7. *in juſtitia*, ſervanda tamen eſt hæc lectio; & temerè fecit *Chr. Cellarius*, qui eam expunxit lib. IV. Div. Inſt. cap. XX, 12. ut ex hâc Epitomâ liquet. Etiam *Juſtinus* Martyr Dial. cum Tryphone pag. 350. D. dat, ἐκάλεσά σε ΤΗ͂ δικαιοσύνῃ, quod ſcripturam in omnibus ferè *Lactantii* Codicibus inventam confirmat.

4. *In teſtamentum* generis mei] Sic & *Cyprianus* Teſtim. lib. II. cap. 7. ac noſter lib. IV. cap. 20. ut legerint εἰς διαθήκην γένους ΜΟΥ, ut habet *Aldina* LXX. interpretum editio; nam in aliis omittitur *pronomen*, quod neſciunt etiam *Juſtinus* Martyr Dial. cum Tryphon.

Caput XLIX.

Si ergo Judæi à Deo rejecti ſunt, ſicut ſacrarum ſcripturarum fides indicat, gentes autem, ſicut videmus, adſcitæ, ac de tenebris hujus vitæ ſecularis, deque vinculis dæmonum liberatæ, [5] nulla igitur alia ſpes homini propoſita eſt, niſi veram religionem veramque ſapientiam, quæ in Chriſto eſt, fuerit ſecutus; quem qui ignorat, à veritate, ac Deo ſemper

phon. pag. 351. A, & *Barnabas* Epiſt. cap. XIV. Apud hujus antiquum Metaphraſten editur *dedi te in teſtimonium gentibus*; unde *J. B. Cotelerius* reſcribendum cenſuit, *in teſtimonium gentis*; ſed melius multò reponas, *in teſtamentum generis*, ut ex Græco *textu* liquet. Idem verbum obiter *Ciceroni* reſtituamus; ubi enim dant editi: *Virtus eadem in homine ac deo eſt, neque ullo alio ingenio præterea*; legendum credo, *in genere præterea*. Locus exſtat lib. I. de Legg. cap. 8.

5. *Nulla igitur* ALIA *ſpes homini propoſita eſt, niſi veram religionem — fuerit ſecutus*] Si priorem partem ità poſuit *noſter*, in ſequentibus repræſentare debuit, *niſi ut veram religionem — ſequatur*. Sic lib. IV. Div. Inſt. cap. 28. *Apparet, nullam aliam ſpem vitæ homini eſſe propoſitam*, NISI UT — *Deo* SERVIAT. Mihi ergò reponendum videtur, *nulla igitur* VITAE, vel SALUTIS, *ſpes homini propoſita eſt* &c.

1. *Qui*

ſemper alienus eſt. Nec ſibi de ſummo Deo, vel Judæi, vel philoſophi blandiantur. [1] Qui Filium non agnovit, nec Patrem potuit agnoſcere. Hæc eſt ſapientia, & hoc myſterium ſummi Dei. Per illum ſe Deus & agnoſci & coli voluit. Ideo Prophetas ante præmiſit, qui de adventu ejus prædicarent, ut, cùm facta eſſent in eo, quæcunque prædicata ſunt, tunc ab hominibus & Dei Filius & Deus crederetur. Nec tamen ſic habendum eſt, tanquam duo ſint Dii. [2] Pater enim ac Filius unum ſunt: cum enim Pater Filium diligat, omniaque ei tribuat, & Filius Patri fideliter obſequatur, nec velit quidquam, niſi quod Pater, non poteſt utique neceſſitudo tanta divelli, ut duo eſſe dicantur, [3] in quibus ſubſtantia, & voluntas, & fides una eſt. Ergo & Filius

1. *Qui Filium non agnovit, nec patrem potuit agnoſcere*] Similiter *Joannes* VIII, 19. Εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἄν. Vide & XIV, 7.

2. *Pater enim & Filius, unum ſunt*] Reſpicit ad *Joannis* X, 30. ubi ait Chriſtus, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμέν.

3. *In quibus ſubſtantia — una eſt*] Ita loquitur noſter, quià, pro ipſius ſententia, Deus *de divino ac perenni ſpiritu ſuo filium ſibi progenuit*, ac proinde de ſua ſubſtantiâ. Vide ſis Epitomes hujuſce cap. XLII. Quin

Filius per Patrem, & Pater per Filium. Unus eſt honos utrique tribuendus tanquam uni Deo, & ita dividendus eſt per duos cultus, ut diviſio ipſa compage inſeparabili vinciatur. [4] Neutrum ſibi relinquet, qui aut Patrem à Filio, aut Filium à Patre ſecernit.

CAPUT L.

SUPEREST reſpondere etiam iis, qui putant [5] inconveniens fuiſſe, nec habere rationem, ut Deus mortali corpore indueretur, ut hominibus ſubjectus eſſet, ut contumelias ſuſtineret, cruciatus etiam, mortemque pateretur. Dicam, quod ſentio, & rem immenſam paucis, ut potero, ſubſtringam. Qui aliquid docet, debet, ut opinor, facere ipſe, quæ docet, ut

Quin & Angelos ac animas humanas pariter ex Dei *ſpiritibus* natas eſſe ſtatuit. Vide Div. Inſt. lib. II. cap. 13. lib. IV. cap. 6, 7. & lib. VII. cap. 12.

4. *Neutrum ſibi* relinquet, *qui—ſecernit*] Lege, *relinquit*, ob verbum *præſentis temporis*, quod ſtatim ſequitur. Si *Lactantii* mentem plenius noſſe cupias, adi lib. IV. Div. Inſt. c. 29.

5. *Inconveniens fuiſſe, nec* HABERE *rationem, ut—indueretur*] Legendum *habuiſſe rationem*, nè perperam confundantur *tempora*.

1. *Præcep-*

ut cogat homines obtemperare: nam ſi non fecerit, [1] præceptis ſuis fidem derogabit. Exemplis igitur opus eſt, ut ea, quæ præcipiuntur, habeant firmitatem, & ſi quis contumax extiterit, ac dixerit non poſſe fieri, præceptor illum præſenti opere convincat. Non poteſt ergo perfecta eſſe doctrina, cùm verbis tantum traditur, ſed tum perfecta eſt, cum factis adimpletur. Chriſtus itaque, cum doctor virtutis ad homines mitteretur, utique ut doctrina ejus perfecta eſſet, & docere & facere debuerat. Sed, ſi corpus hominis non induiſſet, [2] non poſſet facere, quæ docebat, id eſt, non iraſci, non cupere divitias, non libidine inflammari, dolorem non timere, mortem contemnere. Hæc ſunt utique virtutes, ſed fieri ſine carne non poſſunt. Ergo ideo incor-

1. *Præceptis ſuis fidem derogabit*] Uſitatius quidem dicunt *præceptis fidem detrahere*. Sed hoc juris verbo uſus eſt, & *neque diſputationi, neque auctoritati cujuſquam* FIDEM DEROGARI *oportuiſſe* dixit *Celſus* Medic. lib. I. Præf. pag. 8.

2. *Non* poſſet *facere*] Abſque cauſſa ſonticâ Cl. *Pfaffius* ediderat, *non* potuiſſet *facere*, nam commoda ſatis eſt MSti lectio, quam ideò reducendam putavimus. Licet autem Theologi rationes *Lactantianis* nôrint longè meliores, ob quas Chriſtus

Digitized by Google

incorporatus eſt, ut, cum vincenda eſſe carnis deſideria doceret, ipſe faceret prior, ne quis excuſationem de carnis fragilitate prætenderet.

CAPUT LI.

DICAM nunc de ſacramento crucis, ne quis forte dicat: ſi ſuſcipienda illi mors fuerat, [3] non utique infamis ac turpis, ſed quæ haberet aliquid honeſtatis. Scio equidem multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere à veritate, cum in ea & ratio magna ſit & poteſtas. Nam cum ad hoc miſſus eſſet, ut humillimis quibuſque viam panderet ad ſalutem, [4] ſe ipſe humilem fecit, ut eos liberaret. Suſcepit ergo id genus mor-

Chriſtus mortale corpus induerit, mortemque ſit paſſus, ſi tamen hæc latius deducta videre velis, adi lib. IV. Div. Inſtit. capp. 23, 24, 25.

3. *Non utique infamis ac turpis*] Poſt hæc verba de ſuo Cl. *Pfaffius* addiderat, *eſſe debuiſſet*; ſed iſta cauda, renitente MSto, adſui non debuit; nam ἀπὸ κοινοῦ repetendum *ſuſcipienda fuerat*.

4. *Se ipſe humilem fecit*] Ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. Reſpicit noſter ad Philipp. II, 8.

1· *Quod*

Digitized by Google

mortis, [1] quod ſolet humilibus irrogari, ut omnibus facultas daretur imitandi. Præterea cum eſſet reſurrecturus, amputari partem corporis ejus fas non erat, nec os infringi, quod accidit iis, qui capite plectuntur. [2] Crux ergo potior fuit, quæ reſurrectioni corpus integris oſſibus reſervavit. His etiam illud accedit, quod paſſione ac morte ſuſcepta [3] ſublimem fieri oportebat. Adeo illum crux & re & ſignificatione exaltavit, ut omnibus majeſtas ejus ac virtus cum ipſa paſſione notue-

1. *Quod ſolet* humilibus *irrogari*] Infimæ ſortis hominibus. Ipſa verò phraſis Latinis eſt uſitata, qui paſſim dicunt, *pœnam, damnum, mortem irrogare.* Reſtituere liceat, ὡς ἐν παρόδῳ, locum orationis *pro Tribuno Mariano*, quam vir Cl. *Edm. Gibſonus* ad calcem *Quinctiliani* ſui primus edidit: *Ita quippe*, inquit, *juſtitiam* miſeria (Leg. *miſericordia*) *moderatur & temperat, ut impœnitentem vigor* (forte *rigor*) *non prætereat ultionis. Pœnitentibus certè ſolum, non tamen omnibus, indulgeri veniam lex concedit, quæ nimirum ipſa perpetuis ſanctionibus & inſtituit & mandavit, ut impœnitentes animadverſionis duriſſima condigna* ſuper interrogatione *vexentur.* Omninò reſcribendum, *condigna.* SEMPER IRROGATIONE *vexarentur*, ut mihi quidem videtur.

2. *Crux ergo potior fuit, quæ reſurrectioni corpus integris oſſibus reſervavit*] Videlicet, pro *Lactantii* noſtri ſententiâ, *hæc omnia idcirco facta ſunt, nè læſum ac diminutum corpus ad reſurgendum inhabile redderetur.* Vide lib. IV. Div. Inſtit. cap. XXVI, 33. Quaſi poteſtas

Digitized by Google

notuerit. [4] Nam quod extendit in patibulo manus, utique alas ſuas in Orientem Occidentemque porrexit, ſub quas univerſæ nationes ab utraque mundi parte ad requiem convenirent. Quantum autem valeat hoc ſignum, & quid habeat poteſtatis, in promtu eſt, cùm [5] omnis dæmonum cohors hoc ſigno expellitur ac fugatur. Et ſicut ipſe ante paſſionem dæmonas verbo & imperio proturbabat, ſic nunc nomine ac ſigno paſſionis ejuſdem ſpiritus immundi, quando

ſtas illà divinâ, quâ Chriſtus ab inferis ſuſcitatus eſt, oſſa fracta conglutinare, corpuſve mutilum redintegrare non potuerat! Simili ratione corpora Martyrum in cineres redigebant Ethnici, ut ſpem adimerent reſurrectionis. Adi *Euſebium* H. E. lib. V. cap. 1. Sed ſtultè quidem, prout eleganter oſtendit *Minucius Felix* Octav. cap. XXXIV. Erranti noſtro rectam viam oſtendere potuit S. Scriptura; ἐγένετο γὰρ ταῦτα, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ· Ὀςοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. Vide *Joannis* XIX, 36.

3. *Sublimem fieri oportebat*] Vide *Joannis* III, 14.

4. *Nam quod extendit in patibulo manus, utique alas ſuas* &c.] Hujuſmodi commenta, pia fortaſſè, ſed non nimium ſolida, multis veterum placuêre. Vide *Sedulium* lib. V, 188. *Caſſiodorum* in Pſ. XXII, 18. ac *Juſt. Lipſium* de Cruce lib. 1. cap. 10.

5. *Omnis Dæmonum cohors hoc ſigno expellitur ac fugatur*] *Prudentius* Cathem. Hymn. VI, 141.

O tortuoſe ſerpens ——
Diſcede, Chriſtus hic eſt;
Hic Chriſtus eſt; liqueſce.

 Sig-

do [1] in corpora hominum inrepſerint, exiguntur, cum extorti & excruciati ac ſe dæmonas confitentes verberanti ſe Deo cedunt. Quid ergo ſperaverint de ſuis religionibus [2] cumque ſua ſapientia Græci, cum videant, Deos ſuos, quos eoſdem dæmonas eſſe non negant, per crucem ab hominibus triumphari?

CAPUT LII.

UNA igitur [3] ſpes hominibus vita eſt, unus portus ſalutis, unum refugium libertatis, ſi abjectis, quibus tenebantur, erroribus, aperiant oculos mentis ſuæ Deumque cognoſcant, in quo ſolo

Signum, quod ipſe noſti,
Damnat tuam catervam.'

Idem diſertis verbis adfirmat noſter Div. Inſtit. lib. IV. cap. 27. Vide & de mort. Perſec. cap. X. Hinc crucem θυρεὸν καὶ ὅπλον καὶ τρόπαιον κατὰ τοῦ διαβόλου vocat *Damaſcenus*, καὶ πάντων τῶν κακῶν ἀποτρόπαιον. Quapropter Chriſtiani *ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque eos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terere* ſolebant, ut ait *Tertullianus* de Coron. cap. 3.

1. *In corpora hominum* inrepſerint] Sic MS. nec opus fuit ut Cl. *Pfaffius* ederet

lo domicilium veritatis eſt; terrena & de terrâ ficta contemnant; [4] Philoſophiam, quæ apud Deum ſtultitia eſt, pro nihilo computent, & verâ ſapientiâ, id eſt, Religione, ſuſceptâ, fiant immortalitatis hæredes. At enim repugnant non tam veritati, quam propriæ ſaluti; cumque hæc audiunt, velut aliquod inexpiabile nefas deteſtantur. Sed ne audire quidem patiuntur; violari aures ſuas [5] ſacrilegio putant. Si audierint, nec jam maledictis abſtinent, ſed, quantis poſſunt, verborum contumeliis inſectantur; iidemque, ſi poteſtatem nacti fuerint, velut hoſtes publicos perſequuntur, imo etiam plus quam hoſtes; quorum, cùm bello victi

fuerint

deret *irrepſerunt*.

2. Cumque *ſua ſapientia*] Legendum credo *omnique ſua ſapientia*, vel ſimili modo; nam locus omninò videtur menda quâdam deformatus.

3. *Spes hominibus* vita *eſt*] Lege *vita eſt*. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. IV. cap. 28. Cl. quidem *Pfaffius* reſcribi voluit, *ſpes vitæ hominibus eſt*; ſed non erat cur ordo verborum mutaretur.

4. *Philoſophiam, quæ apud Deum ſtultitia eſt*] Μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐςί. Vide I. Corinth. III, 19.

5. *Sacrilegio putant. Si audierint, nec jam*] Plena diſtinctione ſublatâ, reſcribo, *ſacrilegio putant, ſi audierint; nec jam meledictis* &c.

Digitized by Google

fuerint aut mors, aut ſervitus pœna eſt; [1] nec ullis poſt arma depoſita cruciatus, quamvis omnia pati meruerint, qui facere voluerunt, [2] ut inter mucrones locum pietas haberet. [3] Inaudita eſt crudelitas cum innocentia, nec victorum hoſtium conditionem meretur, [4] quæ tanta hujus furoris eſt cauſa. Scilicet, quia ratione congredi non queunt, violentiâ premunt; incognitâ causâ tanquam nocentiſſimos damnant, qui conſtare de ipsâ innocentiâ noluerunt. Nec ſatis putant, ſi celeri ac ſimplici morte moriantur, quos irrationabiliter oderunt, ſed eos exquiſitis cruciatibus lacerant, ut expleant [6] odium, quod non peccatum aliquod, ſed veritas parit; quæ idcirco male viventibus

1. *Nec* ullis *poſt arma depoſita cruciatus*] Sic MS. *Ullis*, videlicet hoſtibus. Cl. igitur *Pfaffius* malè rem geſſit, qui ex conjecturâ receperat, *nec* ullus *poſt arma depoſita cruciatus.*

2. Ut *inter mucrones*] MS. *& inter*; ſenſus poſtulat, ut reſcribamus, *nè inter mucrones locum pietas haberet*; inter enim arma *leges ſilere*, nec ullum humanitati locum eſſe, ſatis conſtat.

3. *Inaudita eſt crudelitas cum innocentiâ, nec victorum*] Cùm Cl. *Pfaffius* hunc locum ſic interpunctum dederit, ejus mentem nullam fecit, vel certè miris modis obſcuravit. Sic igitur diſtinguas oportet: *Inaudita eſt crudelitas, cùm innocen-*

bus odioſa eſt, quia ægre ferunt eſſe aliquos, quibus facta eorum placere non poſſunt. Hos omni modo cupiunt extinguere, ut poſſint libere ſine teſte peccare.

Caput LIII.

Sed hæc facere ſe dicunt, ut Deos ſuos defendant. Primum ſi Dii ſunt & habent aliquid poteſtatis ac numinis, defenſione hominis patrocinioque non indigent, ſed ſeipſos utique defendunt. Aut quomodo ab iis homo ſperare auxilium poteſt, ſi ne ſuas quidem injurias poſſunt vindicare? Stultum igitur & vanum, Deorum eſſe vindices velle, niſi quod ex eo magis

innocentia nec victorum hoſtium conditionem meretur. Ibi ponenda eſt plenæ diſtinctionis nota.

4. *Quæ tanta hujus furoris eſt cauſa*] Omnino ſcribe; *Quæ tanti hujus furoris eſt cauſa?*

5. Qui *conſtare*] Lege *quia conſtare.* Vide Div. Inſt. lib. V. cap. I, 5.

6. Odium *quod non peccatum aliquod, ſed* veritas parit] In animo habuit noſter verſum illum *Terentianum*,

Obſequium animos, VERITAS ODIUM PARIT.

Exſtat Andriæ Act. I. Sc. I, 41. Vide *Ciceronem* in Lælio cap. XXIV. & noſtrum lib. V. Div. Inſt. cap. 21. ac Epitomes hujuſce c. 64.

 1. *Illum*

magis apparet diffidentia. Qui enim patrocinium Dei, quem colit, ſuſcipit, [1] illum eſſe nihil confitetur: ſi autem ideo colit, quia potentem arbitratur, non debet eum velle defendere, à quo ipſe eſt defendendus. Nos igitur recte. Nam cum iſti defenſores falſorum Deorum, adverſus verum Deum rebelles, nomen ejus in nobis perſequuntur, nec re nec verbo repugnamus, ſed mites, & taciti, & patientes perferimus omnia, quæcunque adverſus nos poteſt crudelitas machinari: habemus enim fiduciam in Deo, à quo expectamus ſecuturam protinus ultionem. Nec eſt inanis iſta fiducia: ſiquidem eorum omnium, qui hoc facinus auſi ſunt, miſerabiles exitus [2] partim cognovimus,

1. *Illum eſſe* nihil *confitetur*] MS. *nihilo confitetur*. Leg. *nihili confitetur*, id quod exigit Latinè ſcribentium conſuetudo. De re ipſa vide noſtrum lib. V. cap. 20.

2. *Partim cognovimus, partim* videmus] Legendum *vidimus*; ait enim *Lactantius*, ſe miſerabiles perſecutorum exitus partim aliorum narratione cognoviſſe, partim ipſum vidiſſe. Hanc rem fusè monſtravit aut noſter, aut quiſquis eſt auctor libri *de mortibus perſecutorum*, quem *Steph. Baluzius* ex antiquiſſimo MSto Bibliothecæ *Colbertinæ* primus edidit.

3. Sed *qui ſit verus Deus*] Cl. *Pfaffius* dedit, *Et qui ſit verus Deus*; at cùm MS. habeat

novimus, partim videmus; nec ullus habuit impune, quod Deum læſit; [3] ſed qui ſit verus Deus, qui verbo diſcere noluit, ſupplicio ſuo didicit. Vellem ſcire, cum invitos adigunt ad ſacrificium, quid ſecum habeant rationis, aut cui præſtent, quod faciunt. Si Diis; non eſt ille cultus, nec acceptabile ſacrificium, quod fit ingratis, quod extorquetur per injuriam, quod eruitur per dolorem. Si autem ipſis, quos cogunt; non eſt utique beneficium, quod quis, ne accipiat, etiam mori mavult. [4] Si bonum non eſt, ad quod me vocas, cur malo invitas, cur non verbis, ſed verberibus; cur non ratione, ſed cruciatibus corporis? Unde apparet malum eſſe illud, ad quod non illicis

habeat *ſet qui ſit*, eaque particula huic loco non malè conveniat, Codicis lectionem ſequendam duximus.

4. *Si bonum* non *eſt, ad quod me vocas, cur malo invitas*] Ex auctoris mente & ipſius orationis contextu patet reſcribendum, *ſi bonum eſt, ad quod me vocas*, deleta particula negante, quæ nihil habet, quod hic agat. Similiter Div. Inſtit. lib. V. cap. XX, 11. ait noſter: *Intelligi datur quam non ſit bonum Deos colere; quoniam bono potius adducendi homines, non malo: ſed quia illud malum eſt, etiam officium ejus bono caret.* Qui locus emendationem noſtram firmat prorſus & ſtabilit.

Digitized by Google

illicis volentem, ſed trahis recuſantem. Quæ ſtultitia eſt, conſulere velle nolenti? An ſi aliquis prementibus malis ad mortem confugere conatur, [1] num potes, ſi aut gladium extorſeris, aut laqueum ruperis, aut præcipitio retraxeris, aut venenum effuderis, conſervatorem te hominis gloriari, cum ille, quem ſervaſſe te putas, nec gratias agat, & te male ſecum arbitretur egiſſe, quod mortem ſibi prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad requiem malorum [2] pervenire non ſiveris? Beneficium enim non ex qualitate rei debet, ſed [3] ex animo ejus, qui accipit, ponderari. Cur pro beneficio imputes, quod mihi maleficium eſt? Vis

1. *Num potes, ſi aut gladium extorſeris, aut laqueum ruperis —— conſervatorem te hominis gloriari, cum ille —— nec gratias agat & te malè ſecum arbitretur egiſſe?*] Hic profectò bonam cauſam malè defendit, & perperam ratiocinatur *Lactantius* noſter: nam *non eſt dubium, quin beneficium ſit etiam invito prodeſſe; ſicut non dedit beneficium, qui invitus profuit. Beneficium, inquit, vocas, quo ille offenditur, quo torquetur? Multa beneficia triſtem frontem & aſperam habent, quemadmodum ſecare & urere ut ſanes, & vinculis coërcere.* Verba ſunt *Senecæ* lib. V. de Benef. capp. 19. 20.

2. *Pervenire non* ſiveris] MS. *ſinueris*; ſed non erat, cur eam lectionem, ex imperitia Librarii natam, diutius

Vis me Deos tuos colere, quod ego mihi mortiferum duco. Si bonum eſt, non invideo. Fruere ſolus bono tuo. Non eſt quod velis errori meo ſuccurrere, quem judicio ac voluntate ſuſcepi. Si malum, quid me ad conſortium mali rapis? Utere ſorte tua. Ego malo in bono mori, quam in malo vivere.

CAPUT LIV.

HÆc quidem juſte dici poſſunt. Sed quis audiet, cum homines furioſi & impotentes minui dominationem ſuam putent, [4] ſi ſit aliquid in rebus humanis liberum? Atqui [5] religio ſola eſt, in qua libertas

tius ſtare ſinerem; licet enim à verbo *ſino* præteritum formetur vel *ſivi*, vel *ſii*, vel *ſini*, nunquam tamen *ſinui*. Vide *G. J. Voſſium* de Anal. lib. III, cap. 29.

3. *Ex animo ejus, qui accipit*] Iterum labitur noſter, nec ſatis perſpectam videtur habuiſſe beneficiorum naturam; (forſan quià nulla ferè acceperat, ut ex *Euſebio* diſcimus) ea enim potius ex animo *dantis* æſtimantur, ac invitis & ingratis poſſunt conferri, licet ii ſumma *benefacta* vel in *malefactis* numerent, vel parvi faciant.

4. *Si ſit aliquid*] Mihi reponendum videtur *ſi* ſit *aliquid*.

5. *Religio* ſola *eſt*, *in* quâ *libertas domicilium collocavit; res eſt enim*] Puto legendum,

libertas domicilium collocavit: res eſt enim præter cæteras voluntaria, nec imponi cuiquam neceſſitas poteſt, ut colat, quod non vult. Poteſt aliquis forſitan ſimulare, non poteſt velle. Denique cùm metu tormentorum aliqui aut cruciatibus victi ad execranda ſacrificia conſenſerint, nunquam ultro faciunt, quod neceſſitate fecerunt, ſed, data rurſus facultate, ac reddita libertate, referunt ſe ad Deum, eumque precibus & lachrymis placant, agentes non voluntatis, quam non habuerunt, ſed neceſſitatis, quam pertulerunt, pœnitentiam, & venia [1] ſatisfacientibus non negatur. Quid ergo promovet, qui corpus inquinat, quando immutare non poteſt voluntatem? Atenim homines inanis cerebri, [2] ſi quem fortem adegerint libare Diis ſuis, incredibili alacritate

dum, *ſola* res *eſt*, *in quâ libertas domicilium collocavit. Eſt enim* &c. Similiter *in Deo ſolo domicilium veritatis eſſe* dixerat noſter ſupra cap. LII.

1. *Satisfacientibus*] Culpam deprecantibus, &, pro Eccleſiaſticæ diſciplinæ normâ, dolorem teſtantibus.

2. *Si quem fortem adegerint libare diis ſuis*] Hæc ſibi vehementer repugnant, nam eò fortes erant, quòd ultima potius ferrent ſupplicia, quam Diis falſis ſacra

critate inſolenter exultant, &, quaſi [3] hoſtem ſub jugum miſerint, gaudent. Si vero aliquis nec minis nec tormentis territus, fidem vitæ anteferre maluerit, in hunc ingenium ſuum crudelitas exerit, infanda & intolerabilia molitur, & quia ſciunt, glorioſam eſſe pro Deo mortem, & hanc nobis eſſe victoriam, ſi ſuperatis tortoribus animam pro fide ac religione ponamus, & ipſi enituntur, ut vincant. Non afficiunt morte, ſed excogitant novos inauditoſque cruciatus, ut fragilitas viſcerum doloribus cedat, &, ſi non ceſſerit, differunt, adhibentque vulneribus curam diligentem, ut crudis adhuc cicatricibus repetita tormenta plus doloris immittant. Et hanc [4] adverſus innocentes carnificinam exercentes, pios utrique ſe & juſtos & religioſos putant,

cra facerent. Proculdubio reſcribendum, *ſi quem* FORTE *adegerint*.

3. *Hoſtem ſub jugum miſerint*] Legendum *miſerant*.

4. *Adverſus* innocentes *carnificinam* exercentes] Sic edidit Cl. *Pfaffius*; at cùm ſonus horum verborum paullò ſit ingratior, & MStus habeat *exercent*, ſuppleta vocula legendum crediderim, & dum *hanc adverſus innocentes carnificinam* exercent.

1. *Tali-*

tant, [1] (talibus enim ſacris Deorum delectantur) illos vero [2] impios & deſperatos nuncupant. Quæ iſta eſt perverſitas, ut qui torquetur innocens, deſperatus, atque impius nominetur, carnifex autem juſtus piuſque dicatur?

CAPUT LV.

SED recte ac merito puniri eos aiunt, qui publicas religiones à majoribus traditas execrantur. [3] Quid ſi majores illi ſtulti fuerunt in ſuſcipiendis religionibus

1. *Talibus enim ſacris* Deorum *delectantur*] Fidenter repono, *talibus enim ſacris* Dii eorum *delectantur*. Audi *Lactantium* Div. Inſtit. lib. V. cap. X, 17. *Ad placandum Deum, quem colas, iis rebus opus eſt, quibus illum gaudere ac delectari ſcias. Sic fit, ut vitam colentium Deus pro qualitate* nominis (Lego *numinis*) *ſui formet*; *quoniam religioſiſſimus eſt cultus, imitari*. Hæc niſi fallor, conjecturam noſtram, ratam faciunt.

2. *Impios & deſperatos nuncupant*] Hoc Ethnicis ſolemne fuit convicium. *Tertullianus* Apol. cap. 50. *Propterea enim deſperati & perditi exiſtimamur*. Sic & Cæcilius apud Minucium Felicem cap. VIII. Chriſtianos vocat *homines deploratæ*, inlicitæ, ac deſperatæ *factionis*. Ex hoc loco reſcribendium videtur *impiæ ac deſperatæ*; nam vulgata lectio *Rigaltio* mihique frigida videtur.

3. *Quid ſi majores illi ſtulti fuerunt* &c.] Vide *Ter-*

bus vanis, ſicut jam ſupra oſtendimus. præſcribetur nobis, quò minus vera & meliora ſectemur? Cur nobis auferimus libertatem, ſed quaſi addicti alienis ſervimus erroribus? Liceat ſapere, liceat inquirere veritatem. Sed tamen, ſi libet [4] majorum defendere ſtultitiam, cur impune habent Ægyptii, qui pecudes, & omnis generis beſtias pro Diis colunt? [5] Cur de Diis ipſis jocantur, &, qui eos facetius deriſerit, honoratur? Cur audiuntur philoſophi, qui aut nullos Deos eſſe aiunt, aut ſi ſunt, nihil curare, nec humana

Tertullianum Apol. cap. IV.

4. *Majorum defendere* ſtultitiam] Ultima vox abeſt à MSto & eam ſupplevit Cl. *Pfaffius.* Certè deeſt aliquid, quod hunc vel ſimilem ſenſum fundat; malim tamen legas, *majorum defendere religiones.* Sic paullò ante: *publicas* religiones *execrantur.* Vide & lib. V. Inſt. Div. XX, II, 12.

5. *Cur de Diis ipſis jocantur*] Sic ex ingenio dedit Cl. *Pfaffius*; nam Codex unicus habet, *cur de Diis ipſis* aguntur. Medicina, quam adhibuit vir ille doctus, licet ſpecioſa ſit, vera tamen non eſt habenda; excidit enim vocabulum, locuſque ſic debet ſuppleri, *cur de Diis ipſis* MIMI *aguntur?* Noſter Inſtit. Div. lib. V. cap. XX, 12. *Qui cum Deos colere ſe dicant, tamen Eos publicè turpiterque derident, de quibus etiam* MIMOS AGI *cum riſu & voluptate patiuntur.* Emendatio certa videtur nec in dubium revocanda.

1. Aut

Digitized by Google

humana reſpicere, [1] aut nullam eſſe omninò, quæ regat mundum, providentiam diſſerunt: ſed ſoli ex omnibus impii judicantur, qui Deum, qui veritatem ſequuntur? Quæ cum ſit eadem juſtitia, eadem ſapientia, hanc iſti vel impietatis vel ſtultitiæ crimine infamant, nec perſpiciunt, quid ſit, quod eos fallat, cum & malo vocabulum boni & bono mali nomen imponunt. Primuli quidem philoſophorum, ſed maxime Plato & Ariſtoteles, de juſtitia multa dixerunt, [2] aſſerentes & extollentes eam ſumma laude virtutem, quod ſuum cuique tribuat, quod æquitatem in omnibus ſervet, & cum cæteræ virtutes quaſi tacitæ ſint, & intus incluſæ, ſolam eſſe juſtitiam, quæ nec ſibi tantùm conciliata ſit, nec occulta,

1. Aut *nullum eſſe omninò*] Reponas oportet, & *nullam eſſe omnino*; id enim poſtulat ſenſus. Si neſcis autem, iſti philoſophi qui fuerint, adeas, inter alios, *Ciceronem* N. D. lib. I. c. 1, 2. & noſtrum Div. Inſt. lib. I. cap. 2.

2. Aſſerentes & *extollentes eam ſummâ laude virtutem*] Fuit, cui legendum videbatur *efferentes*; ſed, ut arbitror, hicce locus nulla caret emendatione: *aſſerentes* enim idem valet ac vindicantes, defendentes. *Suetonius* in Julio cap. XVI. *Multitudine, — operam ſibi in* aſſerenda *dignitate tumul-*

ta, ſed foras tota promineat, & ad bene faciendum prona ſit, ut quamplurimis proſit. Quaſi vero in judicibus ſolis, atque in poteſtate aliqua conſtitutis juſtitia eſſe debeat, & non in omnibus! Atqui nullus eſt hominum, [3] ne infirmorum quidem ac mendicorum, in quem juſtitia cadere non poſſit. Sed quia ignorabant, quid eſſet, unde proflueret, quid operis haberet, ſummam illam virtutem, id eſt, commune omnium bonum, paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari, ſed alienis tantùm commodis ſtudere dixêrunt. [4] Nec immerito extitit Carneades, homo ſummo ingenio & acumine, qui refelleret iſtorum orationem, & juſtitiam, quæ fundamentum ſtabile non habebat, everteret, non quia vitu-

multuoſiùs pollicentem, compeſcuit. Idem Claudio cap. X. Aſſerturi *communem libertatem.* Ac juſtitiam quidem defendit & laudat Socrates apud *Platonem* cùm alibi, tum de Rep. libris primo ſecundoque. Ejus autem naturam parteſque fusè proponit *Ariſtoteles* Ethic. Nicom. lib. V. cap. 1, ſeqq.

3. *Nè* infirmorum *quidem ac mendicorum*] Reſcribendum puto, *nè* infimorum *quidem ac mendicorum*; nam *infirmus* habito ad corpus, non ad opes facultateſque, reſpectu dicitur.

4. *Nec immeritò extitit Carneades* &c.] Vide *Lactantium*

Digitized by Google

vituperandam eſſe juſtitiam ſentiebat, ſed ut illos defenſores ejus oſtenderet nihil certi, nihil firmi, de juſtitia diſputare.

CAPUT LVI.

NAM ſi juſtitia eſt veri Dei cultus, (quid enim tam juſtum ad æquitatem, tam pium ad honorem, tam neceſſarium ad ſalutem, quam Deum [1] agnoſcere ut parentem, [2] venerari ut Dominum, [3] ejuſque legi aut præceptis obtemperare?) neſcierunt ergo juſtitiam philoſophi, quia nec ipſum Deum agnoverunt, [4] nec cultum ejus legemque tenue-

tium noſtrum Div. Inſtit. lib. V. capp. 14, 17.

1. Agnoſcere *ut parentem*] Plurimi Codd. dant *cognoſcere*; ſed cùm antiquiſſimi MSti *Bonon.* & *Taurin.* alteram lectionem repræſentent, eam nos amplectendam cenſuimus.

2. *Venerari ut* Dominum] Sic ex vulgatis repoſui, cum *Pfaffius* ex MSto *Taurin.* dederit, *venerari ut Deum.* Noſter lib. V. Div. Inſt. cap. 18. *In* quem (Deum) *duo vocabula*, DOMINI *& patris*, *æquè veneranda conveniunt*? Infra c. 59. *Eumque* (Deum) *metuere*, *ut* DOMINUM, *diligere*, *ut patrem*. Vide nos ad Epitomes hujuſce cap. IV.

3. *Ejuſque legi* aut *præceptis*] Scribendum credo *& præceptis*.

4. *Nec cultum ejus legemque*

tenuerunt, & ideo refelli potuerunt à Carneade, [5] cujus hæc fuit diſputatio: " nullum eſſe jus naturale; itaque omnes " animantes, ipſa ducente natura, com- " moda ſua defendere; & ideo juſtitiam, " [6] ſi alienis utilitatibus conſulit, ſuas " negligit, ſtultitiam eſſe dicendam. " Quod ſi omnes populi, penes quos " ſit imperium, ipſique Romani, qui " orbem totum [7] poſſederint, juſtitiam " ſequi velint, ac ſuum cuique reſtituere, " quod vi & armis occupaverunt, ad " caſas & egeſtatem revertentur. Quod " ſi fecerint, [8] juſtos quidem, ſed tamen " ſtultos judicari neceſſe eſt, qui, ut aliis " proſint, ſibi nocere contendant. Deinde,

quæ tenuêrunt] Has voces, quæ in aliis MSStis non comparent, ſuppeditarunt *Bonon.* & *Taurin.*

5. *Cujus hæc fuit diſputatio*] Hanc Carneadis diſputationem ex deperdito quodam *Ciceronis* de Rep. libro fuſius prodidit noſter lib. V. Div. Inſt. cap. 16.

6. *Si alienis utilitatibus conſulit, ſuas negligit*] Alii Codices habent, *ſi alienis utilitatibus* conſulet, *ſuas* negliget, quod eodem redit; ſed cùm vetuſtiſſimi libri *Bonon.* & *Taurin.* alteram ſcripturam retineant, eos ſequendos duximus.

7. *Poſſederint*] Sic *Bonon.* & *Taurin.* In aliis *poſſedêre.*

8. *Juſtos quidem, ſed tamen ſtultos judicari neceſſe eſt*] Proletarii Codices exhibent, *juſtos* dicemus *quidem,*

" inde, ſi reperiat aliquis hominem, " qui aut aurum pro aurichalco, aut ar- " gentum pro plumbo vendat per erro- " rem, atque id emere neceſſitas cogat, " utrum diſſimulabit & emet parvo, an " potius indicabit? Si indicabit, juſtus " utique dicetur, quia non fefellit; ſed " idem ſtultus, [1] qui alteri fecerit lucrum, " ſibi damnum. Sed facile de damno " eſt. [2] Quid, ſi vita ejus in periculum " venerit, [3] ut eum neceſſe ſit aut occi- " dere aut mori, quid faciet? [4] Poteſt " hoc evenire, ut, naufragio facto, inve- " niat aliquem imbecillem tabulæ inhæ- " rentem, aut victo exercitu fugiens, " [illegible] " repe-

...dem, *ſed tamen ſtultos* judicare *neceſſe eſt*; at non paullò rotundior eſt ea ſcriptura, quam nos, præeuntibus *Bonon.* & *Taurin.* amplectimur.

1. Qui *alteri fecerit lucrum*] Lego, *quia alteri fecerit lucrum*; ut ſupra, *quia non fefellit*. Abſorpta eſt littera finalis, cùm vox ſequens ab eâdem duxerit initium.

2. Quid, *ſi vita*] Lege, *quod ſi vita*; vel diſtingue, *Quid? ſi vita* &c.

3. *Ut eum neceſſe ſit*] Vulgg. *ut eum* aliquando *neceſſe ſit*; ſed vocem antepenultimam, quæ prorſus eſt otioſa, nos ex fide MSti *Taurin.* delevimus.

4. *Poteſt hoc* evenire] *Taurin.* dat *venire*; ſed hoc in loco meliores ſunt vulgati.

5. *Qui, dum alterius vitæ parcit, ſuam* prodit] Ita quidem MS. *Taurin.* at vulgati *ſuam perdet*, & Bonon. *alterius vitæ parcet*. Mihi legendum videtur, *quia, dum alterius*

repetiat aliquem vulneratum equo inſidentem, utrumne aut illum tabula, aut hunc equo deturbabit, ut ipſe poſſit evadere? Si volet juſtus eſſe, non faciet; ſed idem ſtultus judicabitur, qui, dum alterius vitæ parcit, ſuam prodit. Si faciet, ſapiens quidem videbitur, quia ſibi conſulet; ſed idem malus, quia nocebit.

CAPUT LVII.

Acuta iſta ſane: ſed reſpondere ad ea [7] faciliimè poſſumus. [8] Immutatio

alterius vitæ parcet, ſuam prodet; ut hoc membrum ſequenti reſpondeat: *ſapiens quidem videbitur*, quia *ſibi conſulet*; *ſed idem malus*, quia nocebit. *Prodere* quidem *vitam* eleganter adhibeas. *Feſtus*: Prodit, *perdit*; ut *Ennius libro ſexto decimo*:

Non in ſperando cupidi rem prodere ſummam.

Sic *proditurum te tuam vitam* dixit *Terentius* Heaut. Act. III. Sc. I, 76. Vide *Servium* ad *Virgilii* Æn. IV, 431.

6. *Sed idem malus quia nocebit*] Vulgg. *ſed* & *idem malus*; illam verò particulam optimè reſpuit *Taurin.* *Fr.* autem *Patricius* ad fragmenta lib. III. *Ciceronis* de Rep. ob orationis σαφήνειαν maluit, *quia alii nocebit*. Aſt vocem mediam non exprimunt Codices, eaque facilè poteſt intelligi.

7. Faciliimè *poſſumus*] Sic *Taurin.* cùm *facilè* ſit in vulgatis.

8. Immutatio *enim nominum*] Vulgg. *imitatio*; ſed omninò vera eſt à nobis re-

mutatio enim nominum facit, ut ſic eſſe videatur. Nam & juſtitia imaginem habet ſtultitiæ, non tamen eſt ſtultitia; & malitia imaginem ſapientiæ, non tamen ſapientia eſt. Sed ſicut malitia iſta in conſervandis utilitatibus ſuis intelligens & arguta, [1] non ſapientia, ſed calliditas & aſtutia eſt: ita & juſtitia non debet ſtultitia, ſed innocentia nominari; quia neceſſe eſt [2] & juſtum eſſe ſapientem, & eum, qui ſit ſtultus, injuſtum. Nam neque ratio neque natura ipſa permittit, ut is qui juſtus eſt, ſapiens non ſit; quoniam juſtus nihil utique facit, niſi quod rectum

recepta lectio, quam præſtant *Bonon.* & *Taurin.* Vult auctor, juſtitiam ſtultitiæ nomine inuſtam, reverà ſtultitiam videri; quod factum eſt *per hominum errorem, ignorantium cujuſque rei proprietatem. Itaque omnis hæc quæſtio non tam argumentis, quam definitione diſſolvitur,* ut ait noſter Inſt. Div. lib. V. cap. XVII, 28. *Ovidius* de Remed. Amor, vſ. 323.

Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Vide doctiſſimum virum *Joſ. Waſſium* ad *Salluſtii* Catil. cap. LVI.

1. *Non ſapientia, ſed calliditas*] Habet à *Cicerone* noſter; à *Platone* verò *Cicero*. Vide lib. I. Offic. cap. 19.

2. Et *juſtum eſſe ſapientem*] Particula copulans MSto *Taurinenſi* debetur; abeſt enim à vulgatis.

3. *Pravum & rectum poteſt, niſi qui ſapiens fuerit*] Sic edidimus, auctoritate MSStorum *Bonon.* & *Taurin.* ducti: pari enim modo loquitur noſter Inſt. Div. lib.

rectum & bonum eſt; pravum & malum ſemper fugit. Quis autem diſcernere bonum & malum, [3] pravum & rectum, poteſt, niſi qui ſapiens fuerit? Stultus autem male facit, [4] quia, bonum & malum quid ſit, ignorat: ideo peccat, quia non poteſt prava & recta diſcernere. Non poteſt ergo neque ſtulto juſtitia, neque [5] injuſto ſapientia convenire. Stultus igitur non eſt, qui nec tabula naufragum, nec equo ſaucium dejecerit, quia ſe abſtinuit à nocendo, quod eſt peccatum: peccatum autem vitare ſapientis eſt. Sed ut ſtultus prima facie videatur, illa res efficit,

lib. V. cap. XVII, 26. *Ita ſit, ut nunquam poſſit eſſe juſtus, qui ſtultus eſt, neque ſapiens, qui fuerit injuſtus.* Vulgò *pravum & rectum potuerit.*

4. *Quia bonum & malum, quid ſit, ignorat*] Proverbialis eſt locutio. *Theognis* de Megarenſibus vſ. 59.

Ἀλλήλους δ' ἀπατῶσιν, ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶντες,
ΟὔΤΕ ΚΑΚΩΝ γνώμας ΕἸΔΟΤΕΣ οὔτ' ἈΓΑΘΩΝ.

Telemachus apud *Homerum* Odyſſ. Σ 227.

Αὐτὰρ ἐγὼ θυμῷ νοέω, καὶ οἶδα ἕκαστα,
ἘΣΘΛΆ ΤΕ ΚΑΙ' ΤΑ' ΧΕ'ΡΗΑ· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα.

Quæ ferè verba repetit Odyſſ. Υ, 309. Sic etiam loquuntur Scriptores ſacri. Vide V. C. *Joan. Clericum* ad Geneſ. III, 5.

5. *Neque* injuſto] Sic legendum, non *juſto*, prout ex Codice *Taurin.* dederat Cl. *Pfaffius.* Ex eo alioquin & *Bonon.* reſtitutus eſt hic locus; vulgg. enim malè repræſentarunt, *neque ſtulto* juſtitiam, *neque injuſto* ſapientiam.

 1. Ex-

cit, quod [1] extingui animam cum corpore æſtimant: idcirco omne commodum ad hanc vitam referunt. Si enim poſt mortem nihil eſt, utique ſtulte facit, qui alterius animæ parcit cum diſpendio ſuæ, aut qui alterius lucro magis quam ſuo conſulit. Si mors animam delet, danda eſt opera, [2] quo diutius commodiuſque vivamus: ſi autem vita poſt mortem ſupereſt æterna & beata; hanc utique corporalem cum omnibus terræ bonis juſtus & ſapiens contemnet, [3] quia ſciet quale à Deo ſit præmium recepturus. Teneamus igitur innocentiam, teneamus juſti-

1. *Extingui animam cum corpore* æſtimant] Vulgg. *exiſtimant*, nec erat repudiandum, niſi quod optimus *Taurin.* alteram lectionem præſtiterit. *Hyginus* Fab. XXVII. *Petitque ut interficiendus ſibi traderetur,* ÆSTIMANS *Hippoten eſſe.* Ac Fab. XXIX. *Alcumena,* ÆSTIMANS *Jovem conjugem ſuum eſſe, eum thalamis recepit.* Sic & alibi paſſim; nec eandem loquendi rationem fugiunt ætatis auræ ſcriptores. Vide quæ jamdudum diximus ad *Cæſaris* lib. III. B. C. cap. 95.

2. *Quo* diutius *commodiuſque vivamus*] Multi Codices, *quo juſtius*; eamque lectionem, licet Auctoris menti prorſus repugnet, exhibuit *Chr. Cellarius*; alii verò melius ex conjectura dederant, *jucundius commodiuſque*. At *Iſæum* ſequi præſtat, qui ex noſtro Inſt. Div. lib. V. cap. 18. reponit, *quo diutius*. Eam certè διόρθωσιν quodam modo firmat MS. *Taurin.* is enim repræ-

juſtitiam, ſubeamus imaginem ſtultitiæ, ut veram ſapientiam tenere poſſimus. Etſi hominibus ineptum videtur ac ſtultum, torqueri & [4] mori malle, quam libare Diis, & abire ſine noxa, nos tamen omni virtute omnique patientia fidem Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, [5] non dolor frangat, quo minus vigor animi, & conſtantia inconcuſſa ſervetur. [6] Stultos vocent, dummodo [7] ipſi ſtultiſſimi ſint, & cœci, & hebetes, & pecudibus æquales, qui non intelligunt eſſe mortiferum, relicto Deo vivo, proſternere ſe atque adorare terrena; qui neſciunt,

repræſentat QUODIUSTIUS.

3. *Quis ſciet*] Taurin. *qui ſciet*.

4. *Mori malle, quam libare Diis & abire*] Vulgati nullo fere ſenſu dant *mori velle, cùm libere liceat abire*. Hujuſce loci reſtitutionem MSto *Taurin.* acceptam ferimus. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. v. cap. XVIII. 12.

5. *Non dolor*] Sic *Taurin.* Vulgò *nec dolor*.

6. *Stultos vocent*] Ita *Bonon.* & *Taurin.* ſenſu quidem plano & aperto, nec aliter olim *Iſæus*. At *Gallæus*, *Sparkius*, & *Cellarius* repræſentant, *ſtultos notent*. Pravi videlicet, quam recti, multò tenaciores ſunt homines.

7. *Ipſi ſtultiſſimi ſint, & cœci, & hebetes, & pecudibus æquales*] *Taurin.* aliquanto brevius; *dummodo ipſi ſint hebetes & cœci & pecudibus æquales*. Sed cùm vulgata lectio non ſit incommoda, ſuiſque nitatur teſtibus, eam retinuimus.

neſciunt; [1] & illos æternam pœnam manere, qui figmenta inſenſibilia [2] fuerint venerati, & eos, qui nec tormenta, nec mortem pro cultu & honore veri Dei [3] non recuſaverint, vitam perpetuam conſecuturos. [4] Hæc eſt fides ſumma, hæc perfecta. [5] Nihil ad nos attinet, ſtulti quid homunculi ſentiant. Nos judicium [illegible] Dei [illegible]

1. *Et illos*] Sic *Bonon.* & *Taurin.* quam lectionem meritò ſecutus eſt *Iſæus*, & poſt eum alii nonnulli. At *Chr. Cellarius* exemplaria correcta non deſeruit; dedit enim *ex illis*, ut etiam habent vetuſtiores edit.

2. *Fuerint* venerati] In *Taurin.* eſt, *fuerint adorati.* Perperàm; nec enim *deponentium* poteſtatem huic *verbo* tributam memini.

3. Non *recuſaverint*] *Taurin.* male, *recuſaverant.* Particulam verò negantem, quæ in vulgatis deeſt, ex illo Codice nos addidimus; ſic enim loqui ſolent auctores probatiſſimi. Vide nos ad *Minucii Felicis* cap. 29.

4. *Hæc eſt fides ſumma, hæc perfecta*] Sic MS. *Taurin.* at vulgg. dant *hæc eſt fideliſſima, hæc eſt vera ſapientia, hæc perfecta juſtitia.* Mihi locum perpendenti neutra lectio ſana videtur & integra; licet emendationi facem præferat Codex optimus. Putarunt olim Græci nonnulli, juſtitiam eſſe ſtultitiam; quam opinionem refellere *Lactantius* noſter aggreditur. Hanc ob rem homines eos, qui pro veri Dei cultu mortem cruciatuſque ſubeunt, æternis præmiis donandos eſſe monet; adeoque non modò juſtos ſed etiam ſapientes ſe præſtare. Juſti enim ſunt, propterea quod honorem Deo debitum ſolvunt; ſapientes verò, quoniam ſempiterna temporalibus, adeoque pretioſa vilibus præferant. Ergo de fide non erat agendi locus, nec omni ex parte ſincera eſt MSti

Dei expectare debemus, ut eos poſtmodum, [6] qui de nobis judicant, judicemus.

CAPUT LVIII.

Dixi de juſtitiâ, quid eſſet. Sequitur ut oſtendam quod ſit verum [7] ſacrifi-

ti *Taurin.* ſcriptura. Mihi repo-nendum videtur, *hæc eſt,* VIDES, SUMMA, *hæc eſt vera ſapientia, hæc perfecta juſtitia.* Poteris etiam brevius, *hæc eſt, vides, ſumma ſapientia, hæc perfecta juſtitia.* In multis nimirum libris ferebatur *fidelisſima,* vel, ut *Bonon.* habet, *fidiſſima ſapientia.* Igitur cum ea loquendi ratio Librariis durior eſt viſa, forſan, explicandi cauſa, addiderunt, *hoc eſt vera.* Poſt verò, Gloſſemate in orationis ſeriem recepto, factum, *hæc eſt vera.*

5. *Nihil ad nos attinet, ſtulti quid homunculi ſentiant*] Auctius vulgg. *nihil ad nos attinet, quid judicent ſtulti, quid homunculi ſentiant.* Sed concinnior & elegantior eſt, ut opinor, MSti *Taurin.* lectio.

6. *Qui de nobis* judicant] Sic *Taurin.* Vulgg. *judicaverint,* quod etiam ferri poteſt. Reſpicit autem noſter ad I. Corinth. VI, 2. cui ſimiles ſunt & alii ſacræ ſcripturæ loci.

7. *Sacrificium* Dei] Nihil mutarim, cùm ὁλοκάρπωμα τȣ̃ θεȣ̃ dixerit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VII. pag. 836. & *Dei Sacra* Minucius Felix Octav. cap. 32. Pari modo τὰ ἔργα τȣ̃ Θεȣ̃ apud *Joannem* VI, 28. ſunt opera Deo grata. Sic & Pſ. LI, 17. זבחי אלהים *Sacrificia Dei.* Interpreti tamen Latino redditur *ſacrificium* DEO. ut LXX. ſenibus θυσία τῷ θεῷ. Nec aliter *Irenæus, Cyprianus;* aliique Patres. Metaphraſtes *Barnabæ* cap. 2. *Sacrificium* Deo, *cor contribulatum, & humiliatum Deus non deſpicit.* Lege *ſacrificium Deo, ſpiritus contribulatus; cor con-*

Digitized by Google

crificium Dei; [1] qui ſit juſtiſſimus ritus colendi; ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut [2] dona pretioſa deſiderari à Deo. A quo ſi fames, ſi ſitis, ſi algor, ſi rerum omnium terrenarum cupiditas abeſt, non ergo utitur his omnibus, quæ templis [3] diiſque fictilibus inferuntur;

contribulatum & humiliatum Deus non deſpicit. Nam πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην habent Græci. In mendo cubant etiam ea, quæ ſequuntur, verba. *Certius ergo,* inquit, *inquirere debemus, fratres, de noſtrâ ſalute, ut* ne quando *habeat introitum in nobis.* Aliquid deeſſe vidit *Menardus*; ſupplet igitur, *ut ne quando Satan,* vel *Contrarius, habeat introitum.* Sed omninò reponendum *ut* NEQUAM NON *habeat introitum in nobis.* Sic poſtea cap. IV. *Et* NEQUAM *accipiens poteſtatem.*

1. *Qui ſit juſtiſſimus*] Sic *Taurin.* Alii verò Codices, *qui juſtiſſimus,* omiſſo verbo ſubſtantivo; elegantius, ut opinor, & rectius.

2. *Dona* pretioſa] Ita MS. *Taurin.* & optimè quidem. Eandem lectionem ex *Bonon.* jamdudum receperat *Iſæus,* ut mirari ſatis non poſſim, cur *dona præſentia* (quæ eſt inepta aliorum Codicum ſcriptura) quaſi poſtliminio reduxerit *Chr. Cellarius,* vir alioquin eruditus.

3. Diiſque *fictilibus*] Sic ex Bonon. *Iſæus,* quod firmat etiam *Taurin.* Alii dant *aliiſque fictilibus*; quam lectionem, licet nauci non ſit, *Chr. Cellarius* ſequebatur.

4. *Sicut corporalibus* corporalia, *ſic utique* incorporali *incorporale*] MSto *Taurin.* debetur hujuſce loci ſanitas. Vulgg. *ſicut corporalibus* corporale, *ſic utique* incorporalibus *incorporale.*

5. *Illis* autem] Ultima vox à vulgatis exulat, ſed eam ſuppeditavit MS. *Taurin.* Malim tamen: *Illis enim, quæ in uſum* &c.

6. *Cum*

Digitized by Google

feruntur; ſed [4] ſicut corporalibus corporalia, ſic utique incorporali incorporale ſacrificium neceſſarium eſt. [5] Illis autem, quæ in uſum tribuit homini Deus, ipſe non indiget, [6] cum omnis terra ipſius ſit ſub poteſtate; [7] non indiget templo, cujus domicilium mundus eſt; non indiget ſimula-

6. *Cum omnis terra ipſius ſit ſub poteſtate*] Alii *in ipſius ſit poteſtate*, quod eodem redit. Reſpicit autem noſter ad Pſ. L, 12. Similiter *Paulus* Act. XVII, 25. Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρωπίνων (elegantius reſcribas cum MSStis & Patribus nonnullis ἀνθρωπίνων) θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν κατὰ πάντα. Omnino leg. καὶ τὰ πάντα, quod interpretis vulgati & aliquorum e Codicibus Græcis fide nititur. Vide *Minucium Felicem* in Octav. cap. XXXII.

7. *Non indiget templo, cujus domicilium totus mundus eſt*] Vide *Eſaiæ* LXVI, 1. Act. VII, 48. & XVII, 24. Sic paſſim veteres Chriſtiani; nos autem unius *Minucii Felicis* verba proferemus, ut ab emendatorum licentia vindicentur. Ille igitur cap. XXXII. ita loquitur: *Templum quod ei* (Deo) *exſtruam, cum totus hic mundus, ejus opere fabricatus, eum capere non poſſit? & cum homo latius* maneam, *intra unam ædiculam vim tantæ Majeſtatis includam?* Vir eruditus *Ch. A. Heumannus* Parerg. Crit. pag. [illegible] Jovem lapidem jurare audet, à *Felice* ſic eſſe ſcriptum: *cum homo* laxius *habeam*. Et olim quidem *laxius* repoſuerant *F. Urſinus* & *Joan. Wowerius*. Neutra tamen emendatio mihi ſe probat. *Cyprianus* de Idol. Van. cap. 9. *Cum homo* latius maneat, *intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis includam?* Vides eadem plane vocabula, nec dubium eſſe poteſt, quin vulgatam lectionem in exemplari

ſimulachro, qui eſt & oculis & mente incomprehenſibilis; non indiget terrenis luminibus, qui ſolem cum cæteris aſtris [1] in uſum hominis potuit accendere. Quid igitur ab homine deſiderat Deus, niſi cultum mentis, qui eſt purus & ſanctus? [2] Nam illa, quæ aut digitis fiunt, aut extra hominem ſunt, inepta, fragilia, ingrata ſunt. Hoc eſt ſacrificium verum, non quod ex arca, ſed quod ex corde proferetur; non quod manu, ſed quod mente libatur. Hæc acceptabilis victima eſt, [3] quam de ſeipſo animus immolaverit. Nam quid hoſtiæ? quid thura? quid

exemplari ſuo *Minuciano* repererit Epiſcopus Carthaginienſis. Pari modo *Seneca* Conſ. ad Helv. cap. IX. LATISSIMUM *receptaculum caſa eſt*. Loca *Zenonis* & Euripidis huc pertinentia ſuppeditabit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. v. pag. 691.

1. *In uſum* hominis] Vulgg. *in uſum hominibus*. Sed MSSti *Taurin.* lectionem confirmat ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. VI. cap. II, 3. Vide Sibyllina lib. VIII. pag. 395.

2. *Nam illa quæ aut digitis fiunt — mente libatur*] Egregie prorſus *Hierocles* pag. 24. Θεὸν δὲ ἄλλως τιμῶν τὸ θεῖον ἀμφιγνοούμενος καὶ μὴ δι' ἑαυτοῦ ἐπιφαινόμενος τῆς ἔξωθεν εὐπορίας ἀνιέμενοι, οὐκ οἰκείαν ἀρετὴν προσφέρων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἀνδρῶν (Sic recte MS. *Medicæus*, non αὐτοῖς, ut vulgg. præceſſit enim τὸ θεῖον) ἀφωσιωμένος. Ταῦτα δὲ τοῖς σπουδαίοις ἀνδρὶ λαμβάνειν θεὸν, μὴ μόνον τοῖς ἀρίστοις διδόμενα. Ταῦτο

quid veſtes? quid argentum? quid aurum? quid pretioſi lapides conferunt, ſi colentis pura mens non eſt? Sola ergo juſtitia eſt, quam Deus expetit. In hac ſacrificium, in hac Dei cultus eſt, de quo nunc mihi diſſerendum eſt, docendumque, in quibus operibus juſtitiam neceſſe ſit contineri.

CAPUT LIX.

DUAS eſſe humanæ vitæ vias nec philoſophis ignotum fuit, nec poëtis; 4 ſed eas utique diverſo modo induxerunt

ἔτι δὲ καὶ τὸ τοῦ Πυθίου πάλιν ἀπόφθεγμα· καὶ γὰρ πρὸς (Sic Medic.) τὸν ἐκγόνους θύσαντα μὴ μετ' εὐσεβοῦς γνώμης, καὶ πυνθανόμενον, πῶς εἴη προσδεδεγμένος τὰ παρ' αὐτοῦ δῶρα, ἀποκρίνεται,

'Αλλά μοι ὧδε χόνδρος ἀγακλυτοῦ Ἑρμιονῆος·

τὸ εὐτελέστατον προκρίνων τῆς τοσαύτης πολυτελείας, ὅτι δὴ θεοσεβεῖ (ita *Medic.* optimè, non θεοσεβείας) γνώμῃ. Vide *Porphyrium* de Abſtin. lib. II. §. 15. ſeqq. & *Perſium* Satir. II.

3. *Quam de ſeipſo animus immolaverit*] Sic *Taurin.* at melior eſt aliorum Codicum lectio, qui præ ſe ferunt, *animus immolat*; ut paullò ſuprà *quod ex corde* profertur, *quod mente* libatur.

4. *Sed eas* utique *diverſo modo induxêrunt philoſophi, alteram*] Primum ex MSto *Taurin.* reſcribas oportet *utrique*, nimirum philoſophi & Poëtæ. Deinde locus hoc modo eſt diſtinguendus: *Sed eas utrique diverſo*

duxerunt philoſophi, [1] alteram induſtriæ, alteram inertiæ eſſe voluerunt. Sed hoc minus recte, quod eas ad ſola vitæ hujus commoda retulerunt. Melius poëtæ, qui alteram juſtorum, alteram impiorum eſſe dixerunt. Sed in eo peccant, quod eas non in hac vita, ſed apud inferos eſſe aiunt. Nos utique rectius, qui [2] alteram vitæ, alteram mortis, & hîc tamen eſſe has vias, dicimus. Sed illa dexterior, qua juſti

diverſo modo induxêrunt. Philoſophi alteram induſtriæ, alteram &c. nec aliter interpunxit *Iſæus.* At eum ſequi noluêrunt *Galleus*, *Sparkius*, alii.

1. *Alteram induſtriæ, alteram inertiæ eſſe voluêrunt*] Reſpicere videtur ad *Prodici* librum, cui titulus Horæ, ἐν ᾧ ut ait *Suidas*, πεποίηκε τὸν Ἡρακλέα τῇ Ἀρετῇ καὶ τῇ Κακίᾳ συντυγχάνοντα, καὶ καλούσας ἑκατέρας ἐπὶ τὰ ἤθη αὐτῶν· καὶ προσκλῖναι τῇ Ἀρετῇ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τοὺς ἐκείνης ἱδρῶτας προκρῖναι τῶν προσκαίρων τῆς κακίας ἡδονῶν. Ἀρετὴν autem *induſtriam*, Κακίαν verò inertiam vocavit, quia

Τὴν μέν τοι Κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως ——
Τῆς δ' Ἀρετῆς ἱδρῶτα Θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,

quemadmodum loquitur *Heſiodus* Op. vſ. 287. De hac Prodici fabula prorſus vide *Xenophontem* Memor. lib. II. cap. I, 20. ſeqq. *Ciceronem* Offic. lib. I. cap. 32. *Maximum Tyrium* Diſſ. IV. & *Juſtinum Martyrem* Apol. II. cap. 12. ne *Philoſtratum* aliosque memorem. Illius exemplo Ἑρμογλυφικὴν & Παιδείαν introduxit *Lucianus* in Somnio; ac Βασιλείαν καὶ Τυραννίδα *Dion Chryſoſtomus* Orat. I. de Regn. pag. 15.

4. *Al-*

Digitized by Google

juſti gradiuntur, non in Elyſium fert, ſed in cœlum: immortales enim fiunt. Siniſterior ad tartarum: æternis enim cruciatibus addicuntur injuſti. ³ Tenenda eſt igitur nobis juſtitiæ via, quæ ducit ad vitam. Primum autem juſtitiæ officium eſt, ⁴ Deum agnoſcere, ut parentem, eumque metuere ut dominum, diligere ut patrem. ⁵ Idem enim, qui nos genuit, qui vitali ſpiritu animavit, qui

alit,

2. *Alteram juſtorum, alteram impiorum eſſe dixerunt*] Ex ſequentibus patet reſpexiſſe noſtrum ad *Virgilii* Æn. VI, 540.

Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas;
DEXTERA, *quæ Ditis magni ſub mœnia tendit,*
Hac *iter* ELYSIUM *nobis*; *at* LÆVA *malorum*
Exercet pœnas & ad impia TARTARA *mittit.*

Vide noſtrum lib. VI. Div. Inſt. cap. IV.

3. *Alterum vitæ, alterum mortis*] Ita *Sibyllina* lib. VIII. pag. 395.

Αὐτὸς ὁδοὺς προὔθηκα δύω, ΖΩΗΣ ΘΑΝΑΤΟΥ τε.

Adi & Conſt. Apoſt. lib. VII. cap. 1.

3. *Tenenda eſt* igitur *nobis*] Sic rectè *Taurin.* nam vulgg. *tenenda eſt à nobis*, quod non æquè commodum videtur.

4. *Deum agnoſcere* ut parentem] Supra quidem c. 56. dixerat noſter *Deum agnoſcere ut parentem*; nec quidquam ibi peccârant Librarii; ſequitur enim, *venerari ut Dominum, ejuſque legi & præceptis obtemperare*. At hic adjungit noſter *eumque metuere ut Dominum*, DILIGERE UT PATREM. Si ergo *Deum diligo ut Patrem*, dubio procul *eum ut parentem agnoſco*; quapropter aliquid hoc in loco ſupervacuum reor. Totam igitur ſic ita lego: *Pri-*

mum

alit, qui ſalvos facit, [1] habet in nos, non modo ut pater, verum etiam ut dominus, licentiam verberandi, & vitæ ac necis poteſtatem; unde illi ab homine duplex honos, id eſt, amor cum timore, debetur. Secundum juſtitiæ officium eſt, hominem agnoſcere velut fratrem. Si enim nos idem Deus fecit, & univerſos ad juſtitiam vitamque æternam pari conditione generavit, fraterna utique neceſſitudine cohæremus; quam qui non agnoſcit, injuſtus eſt. Sed origo hujus mali, quo ſocietas inter ſe hominum, quo neceſſitudinis vinculum diſſolutum eſt, [2] ab ignoratione veri Dei naſcitur. Qui enim

mum autem juſtitiæ munus eſt, Deum agnoſcere, (id eſt, ejus, ſi ſic loqui licet, *exiſtentiam* credere) *eumque metuere ut Dominum, diligere ut Patrem.* Iſto modo rectè procedit oratio nec inanis eſt ejuſdem rei repetitio.

5. *Idem enim, qui nos genuit — qui ſalvos facit, habet in nos*] MStum Bonon. ſequimur, nam vulgg. *is enim qui nos genuit.* Cl. *Pfaffius* edidit, *idem enim nos genuit —— qui ſalvos facit. Habet in nos.* Sed ex optimo *Taurin.* pronomen exciderat, & caſus is fecerat, ut locus mala diſtinctione fuerit temeratus.

1. *Habet in nos—licentiam verberandi*] Sic omnes libri. Scribendum tamen, *habet in nos—* PRÆTER *licentiam verberandi, & vitæ & necis poteſtatem.* Aliter enim non conſtat Syntaxis.

2. *Ab* ignoratione *veri Dei*] Vulgg. *ignorantia.* Sed nos antiquiſſimorum Codd. *Bonon.* & *Taurin.* lectionem recepimus, & eſt *Tullii*

Digitized by Google

enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus eſſe nullo pacto poteſt. Inde eſt, quod ex eo tempore quo Dii multi conſectari ab hominibus colique cœperunt, [3] fugata eſt, ſicut poëtæ ferunt, juſtitia. Direptum eſt omne fœdus, direpta ſocietas juris humani. Tum ſibi quiſque conſulens [4] jus in viribus computare, nocere invicem, fraudibus aggredi, dolis circumſcribere, commoda ſua aliorum incommodis adaugere, non cognatis, non liberis, non parentibus parcere, ad necem hominum pocula temperare, obſidere cum ferro vias, maria infeſtare, libidini autem, quo furor duxerit, fræna laxare, nihil

Tullii verbum, quem *Lactantius* ſolet imitari. Vide lib. V. Div. Inſt. cap. VIII, 10.

3. *Fugata* eſt, *ſicut Poëta ferunt juſtitia.* Direptum *eſt omne fœdus, direpta ſocietas*] Hunc locum Cl. *Pfaffius*, obſervato partim, partim deſerto MSto *Taurinenſi*, minus nitidum reddidit. Nam Codex ille præſtantiſſimus rectè dat, *fugata, ſicut Poëtæ ferunt, juſtitia.* At alii libri melius habent, *diremptum eſt omne fœdus, dirempta ſocietas.* Sic igitur interpungas & legas, *fugatâ, ſicut Poëtæ ferunt, juſtitiâ, diremptum eſt omne fœdus, dirempta ſocietas generis humani.* Omninò vide *Lactantium* Div. Inſtit. lib. V. cap. 5.

4. *Jus in viribus computare, nocere invicem* &c.] Ætatis ferreæ mala, pro Poëtarum more, depingit. Præſertim vide ſis *Ovidium* Metam. I, 127, ſeqq.

nihil denique ſancti habere, quod non cupiditas infanda violaret. Quum hæc fierent, tum leges ſibi homines condiderunt pro utilitate communi, [1] ut ſe interim tutos ab injuriis facerent. Sed metus legum non ſcelera comprimebat, ſed licentiam ſubmovebat. Poterant enim leges delicta punire, conſcientiam munire non poterant. Itaque quæ ante palam fiebant, clam fieri cœperunt; circumſcribi etiam jura; ſiquidem ipſi præſides legum, præmiis muneribuſque corrupti, vel [2] in remiſſionem malorum, vel perniciem bonorum ſententias venditabant. His accedebant diſſenſiones, & bella, & mutuæ deprædationes, & oppreſſis legibus

1. *Ut ſe* interim *tutos ab injuriis facerent*] Malim, *ut ſe* invicem *tutos ab injuriis facerent*; nam, quod ait *Horatius* lib. I. Serm. III, 111.

Jura inventa metu injuſti fateâre neceſſe eſt.

Vide *Ciceronem* Offic. lib. II. cap. 12.

2. *In* remiſſionem *malorum*] Alii Codices, *in* remunerationem *malorum*. Certè gravius eſt flagitium, ſi judices *premiis* corrupti malos non impunitate ſolùm, ſed & *remuneratione* dignos ſtatuant, quam ſi à nuda maleficiorum pœnâ liberent. MSti tamen *Taurin.* præferenda eſt lectio, quam abunde tuetur *Cyprianus* ad Donat. pag. 7. & ad Demetr. pag. 190.

3. *Ut errore vitæ prioris abjecto, ſimul cum ipſo Deo noſmetipſos, quos impietas diſſociaverat, noſceremus*] Hæc jam-

bus ſæviendi poteſtas licenter aſſumta.

CAPUT LX.

In hoc ſtatu quum eſſent humanæ res, miſertus eſt noſtri Deus, revelavit ſe nobis & oſtendit; ut in ipſo religionem, fidem, caſtitatem, miſericordiam diſceremus; [3] ut errore vitæ prioris abjecto, ſimul cum ipſo Deo noſmetipſos, quos impietas diſſociaverat, noſceremus, legemque divinam, quæ humana cum cœleſtibus copulat, tradente ipſo Domino, ſumeremus: quâ lege univerſi, quibus [4] irretiti fuimus, errores cum vanis & impiis ſuperſtitionibus tollerentur. Quid igitur

jampridem *Lactantio* reſtituerat *Iſæus*, MSti *Bonon.* fide ductus. In eo autem ſolo diverſi abeunt *Bonon.* & *Taurin.* quod hic *quos impietas diſſociaverat, noſceremus*, ille vero *diſceremus* repræſentet. Ex utroque legendum puto, *noſcere diſceremus*; & tum ratio facilè reddi poteſt, cur hæc [illegible] in quibuſdam Codicibus non compareat. Sæpè nimirum contigit, ut Librarii ea, quæ inter eandem vocem repetitam poſita ſunt, omiſerint. Adi virum præſtantiſſimum *Joan. Clericum* Art. Crit. P. III. §. I. cap. 5.

4. *Irretiti* fuimus] Sic *Taurin.* & ex *Bonon.* ita dudum correxerat *Iſæus.* Sed eum audire noluêrunt recentiores, quibus, placuit *irretiti ſumus.*

igitur homini debeamus, eadem illa lex præſcribit, quæ docet, [1] quicquid homini præſtiteris, Deo præſtari. Sed radix juſtitiæ, & omne fundamentum æquitatis eſt illud, [2] ut non facias, quod pati nolis, ſed alterius animum de tuo metiaris. Si acerbum eſt injuriam ferre, & qui eam fecerit, videtur injuſtus, transfer in alterius perſonam, [3] quod de te ſentis, & in tuam, quod de altero judicas, & intelliges tam te injuſte facere, ſi alteri noceas, quam alterum, ſi tibi. Hæc ſi mente volvamus, innocentiam tenebimus, [4] in qua juſtitia velut primo gradu inſiſtit. [5] Primum eſt enim non nocere, proximum prodeſſe. Et ſicut in rudibus agris priuſquam

1. *Quicquid homini præſtiteris, Deo* præſtari] Vide *Matthæi* X, 40. ſeqq. & *Joannis* XIII, 20. Vulgg. *præſtare*, quod peccatum ſuſtulit MS. *Taurinenſis*.

2. *Ut* non *facias, quod pati nolis*] *Bonon.* habet, *ut* nè *facias*. *Tobit* c. VI, 15. Ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. Vide *Matthæi* VII, 12. & *Lucæ* VI, 31.

3. *Quod* de te *ſentis*] Vulgg. *in te*. Sed hanc lectionem dant *Bonon.* & *Taurin.* ac optimè quidem.

4. *In qua juſtitia velut primo gradu inſiſtit*] Ita *Taurin.* Alii Codices habent *velut in primo gradu conſiſtit*. Lego, *in quâ* juſtitiæ *velut* primus gradus *conſiſtit*.

5. *Primum eſt enim non nocere, proximum prodeſſe*] Laboranti ſententiæ opem tulit MS. *Taurin.* licet hoc Librarii ſolertiæ potius

priuſquam ſerere incipias, evulſis ſentibus, & [6] omnium ſtirpium radicibus amputatis, arva purganda ſunt: ſic de noſtris animis prius vitia detrahenda, & tunc demum virtutes inſerendæ, de quibus ſeminatæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.

CAPUT LXI.

TRES affectus, vel (ut ita dicam) tres furiæ ſunt, quæ in animis hominum tantas perturbationes cient, & interdum [7] cogunt ita delinquere, ut nec famæ, nec periculi ſui reſpectum aut curam habere permittant: ira quæ vindictam

potius, quam *Lactantio* debeatur. Alii Codices, *Primus eſt enim non nocere proximo, ſed prodeſſe.* Certâ, prout arbitror, conjecturâ repono, *primus eſt enim* (nempe gradus) *non nocere*, proximus, & *prodeſſe.* Vide *Ciceronem* Offic. lib. I. cap. 7, 10.

6. Omnium *ſtirpium radicibus*] Sic *Taurin.* & veteres editi: Sed cum *Bonon.* malim, *omnibus* [*ſtirpium radicibus*, quam lectionem *Joſ.* etiam *Iſaus* ſequutus eſt.

7. Cogunt *ita delinquere*] Vehementèr incitant, & urgent. Sic *Virgilius* Æn. III, 56. *Quid non mortalia pectora* COGIS, *Auri ſacra fames? Cyprianus* de Mort. 159. *Et cum eum* (Jobum) *uxor quoque ſua* compelleret, *ut vi doloris impatiens aliquid adverſus*

Digitized by Google

ctam cupit; avaritia quæ deſiderat opes; libido quæ appetit voluptates. His vitiis ante omnia reſiſtendum eſt, hæ ſtirpes eruendæ, [1] ut virtutes inſeri poſſint. Hos affectus Stoici amputandos, Peripatetici temperandos putant. Neutri eorum recte; quia neque in totum detrahi poſſunt, ſiquidem natura inſiti certam habent magnamque rationem; neque diminui,

adverſus Deum—loqueretur. Iterum pag. 162. *Pavore mortalitatis deſertores* compelluntur, *ut redeant: gentiles* coguntur, *ut credant.* Adeas etiam Epp. 11, 15. Epitomes hujuſce cap. 50. & *Grotium* ad *Lucæ* XIV, 23.

1. *Ut virtutes* inſeri *poſſint*] Sic melius *Taurin.* quàm vulgg. in quibus eſt *ſeri poſſint.* Ita paullò poſt; *Quæ Deus homini rationaliter* inſevit; ſic enim Codex præſtantiſſimus, cùm in aliis perperam legatur *inſeruit.* Quin & eandem phraſin adhibuit noſter ſupra cap. LX.

2. *Carendum eſt etiam* temperatis & *mediocribus*] Ita quidem editio *Tornæſiana.* Sed vulgg. duabus vocibus omiſſis, dant, *carendum eſt etiam mediocribus.* At mihi proba videtur MSti *Taurin.* lectio; is enim habet, *carendum eſt etiam* temperatis, etiam *mediocribus.* Eadem vocula proximè repetita fecit, ut è plurimis libris exciderint nonnulla. *Julianus* Orat. I. pag. 19. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο λέγειν ἔνεστιν ἐνταῦθα, ὡς καλῶς μέν· ἀλυσιτελὲς μὲν γὰρ οὐδὲν, ΟΤΙ ΜΗ τὸ αὐτὸ καὶ καλὸν ἐμφήνῃ φαίνεται. Locum quidem mancum eſſe vidêrunt ac ſupplere conati ſunt egregii viri *D. Petavius* & *Ez. Spanhemius.* Ego verò eum ſic conſtitui debere cenſeo: Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο λέγειν ἔνεστιν ἐνταῦθα, ὡς καλῶς μὲν, ΑΛΥΣΙΤΕΛΩΣ ΔΕ· ἀλυσιτελὲς μὲν γὰρ οὐδὲν, ΟΤΑΝ Η τὸ αὐτὸ

Digitized by Google

minui, quoniam ſi mala ſunt, [2] carendum eſt etiam temperatis & mediocribus; ſi bona, [3] integris abutendum eſt. Nos vero neque detrahendos, neque minuendos eſſe dicimus. Non enim per ſe mala ſunt, quæ Deus homini rationabiliter inſevit: ſed quum ſint utique naturâ bona, quoniam ad tuendam vitam ſunt attributa, male utendo fiunt mala; [4] & ſicut fortitudo,

τὸ καὶ κηλεῖν, ἔμοιγε φαίνεται. Similiter apud *Porphyrium* de Abſtin. lib. I. §. 13. editiones habent: Αἱ δὲ ὠμοφάγοι μὲν οἱ Θῶες, καὶ ἐν ὀνείδει τὸ, Ωμὸν βεβρώθοις Πρίαμον καὶ, Ὠμὰ ἀποτεμνόμενον κρέα ἔδμεναι· ὡς ἂν δὴ ἀθέοις ἀποδεδομένης τῆς τῶν κρεῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας παντοίων. Poſteriora ſine ſenſu ſunt; quod autem deeſt hoc modo reſtituendum videtur, ὡς ἂν δὴ ἀθέοις ἀποδεδομένης τῆς τῶν κρεῶν ὨΜΩ͂Ν ΒΡΏΣΕΩΣ. ΤΟΥ͂ΤΟ ΔῈ ἈΝΘΡΏΠΙΝΟΝ·

——ΚΡΕΙ͂ΩΝ πίνακας παρέθηκεν ἀείρας
Παντοίων.

Verſus eſt *Homericus* Od. A, 141. Δ, 57. Simili certè ratione dedit *Bern. Feliciani* Codex, ut ex ejus verſione liquet. Permultis etiam aliis *Porphyrii plagis* medicina non dubia, illius interpretationis ope, fieri poteſt; ut abundè conſtabit, ſiquando liber περὶ ἀποχῆς, curâ noſtra recenſitus, prodeat:

3. *Integris* abutendum] Ultima vox in bonam partem ſumitur. Sic apud *Arnobium* lib. I. pag. 22. *Cujus* abutamini *fontibus*. Nec aliter ſcriptores idonei. Vide nos ad *Ciceronis* lib. II. N. D. cap. 60. Cùm tamen hoc nonnullos fugerit, ediderunt, *integris* adutendum.

4. Et *ſicut* fortitudo, *ſi pro patriâ* dimicemus] Ita *Taurin.* Aſt editi dant, *ſicut ſi* fortiſſimè *pro patriâ* dimices.

Digitized by Google

titudo, ſi pro patriâ dimicemus, bonum eſt; ſi contra patriam, malum: ſic & affectus, ſi ad uſus bonos habeas, virtutes erunt; ſi ad malos, vitia dicentur. Ira igitur ad coërcitionem peccatorum, id eſt, ad regendam ſubjectorum diſciplinam, [1] data eſt à Deo, ut metus licentiam comprimat & compeſcat audaciam. [2] Sed qui terminos ejus ignorant, iraſcuntur paribus, aut etiam potioribus. Inde ad immania facinora proſilitur: inde ad cædes, inde ad bella conſurgitur. [3] Cupiditas quoque ad deſideranda & conquirenda vitæ

mices, Omnino leg. *fiunt mala. Sicut fortitudo, ſi pro patria* dimices, *bonum eſt*; & ita diſertè MS. *Bodleianus*. *Dimices*, inquam, ſcribendum, non *dimicemus*, quod ἐν ἀποδόσει ſequatur, *ſi ad bonos uſus* habeas.

1. *Data eſt* à Deo] Duabus ultimis vocibus caret *Taurin*. at eas addidi, cùm à reliquis Codd. exhibeantur, & *Deus homini affectus inſeverit*.

2. Sed *qui terminos ejus* ignorant, iraſcuntur *paribus, aut etiam* potioribus] Vulg. Et *qui terminos ejus* ignorat, iraſcitur *paribus, aut etiam* fortioribus. At egregie prorſus hunc locum ſanavit MS. *Taurin*. nam *paribus* opponuntur *potiores* melius, quàm *fortiores*; & *verba* rectius *pluraliter* efferuntur; nam poſt ait, *qui neſciunt fines ejus, inſatiabiliter opes congerere* nituntur, —— *qui limites ejus in animo non* tenent, utuntur *eo ad ſolam voluptatem*.

3. *Cupiditas* quoque] Sic *Taurin*. Sed ultimam vocem prætermittunt *Tornæſ*. & *Bonon*. Alii Codices habent, *cupiditas* vero —*tributa eſt*; quod

vitæ neceſſaria tributa eſt. Sed qui neſciunt fines ejus, inſatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc venena, hinc circumſcriptiones, hinc falſa teſtamenta, hinc omnia fraudum genera eruperunt. Libidinis autem affectus [4] ad procreandos liberos inſitus & innatus eſt, ſed qui limites ejus in animo non tenent, utuntur eo ad ſolam voluptatem. [5] Inde illiciti amores, inde adulteria & ſtupra, inde omnes corruptelæ oriuntur. Redigendi ſunt ergo iſti affectus intra fines ſuos, & [6] in viam rectam

quod rectum puto: ſequitur enim, *Libidinis autem affectus* &c.

4. *Ad procreandos* liberos] Ita quidem *Taurin.* cùm reliqui libri repræſentent *ad procreandos* filios. Vereor autem nè optimi illius Codicis lectio ex Gloſſemate ſit nata; nam, ut ait *Javolenus* Digg. lib. L. Tit. XVI, 84. *Filii appellatione omnes liberos intelligimus.* Vide quæ notavimus ad *Minucii Felicis* c. xxxi. p. 157. & *Cyprianum* de Opere & Eleëm. pag. 204, 205.

5. *Inde* illiciti amores] Vulgg. *illicitæ nuptiæ*, quos ſecutus eſt Cl. *Pfaffius.* At *Taurin.* habet. *inlicent amores:* unde proculdubio legendum, *inliciti amores;* prout diſertè MS. *Bonon.* nam, ut rectè *Thomaſius*, ſi nuptiæ ſunt, illicitæ dici non poſſunt.

6. *In viam rectam* dirigendi] Sic reponendum conjecit *Joſ. Iſæus*, cujus hariolationem firmat MS. *Taurin.* Similiter noſter lib. VI. Div. Inſt. cap. 17. *Non temperandus timor, ut Peripatetici volunt; ſed in veram viam dirigendus eſt.* Vulgg. perperam *redigendi.*

1. *Etiamſi*

Digitized by Google

ctam dirigendi. [1] Etiamſi ſint vehementes, culpam tamen habere non poſſunt.

CAPUT LXII.

COHIBENDA eſt ira, quum patimur injuriam, ut & malum comprimatur, quod ex certamine impendet, & ut duas maximas virtutes innocentiam patientiamque teneamus. Avaritia frangatur, quum habemus, quod ſatis eſt. Quis enim furor eſt, in his coacervandis laborare, quæ [2] aut latrocinio, aut proſcriptione, aut morte ad alios [3] neceſſe ſit pervenire? Libido extra legitimum torum non evagetur, ſed creandis liberis ſerviat.

1. *Etiamſi ſint vehementes*] Cæteri libri non minus benè dant, *in qua etiamſi*, vel *etſi*; nimirum *rectâ viâ*.

2. *Aut latrocinio, aut proſcriptione*] Cl. *Pfaffius* ex editione *Tornæſ.* dederat, *aut latrocinio*, aut furto, *aut proſcriptione*. At cùm voces illæ nec in *Bonon. Taurin.* aut aliis MSStis compareant, & è præſtantiſſimis editionibus exulent, eas nos inducendas putavimus.

3. Neceſſe *ſit pervenire*] Vulgg. *facile ſit pervenire*; ſed lectionis jam receptæ auctores ſunt MSS. *Bon. Taurin. Bodleian.* ut & ipſa res.

4. Inſaniam *generat*] Leg. *infamiam generat*, ut optimè *Bonon.*

5. *Mortem* adquirit *æternam*] In aliis eſt, *mortem* incurrit *æternam*. Sed MSS-

torum

Digitized by Google

ſerviat. Appetentia enim nimia voluptatis & periculum parit & [4] inſaniam generat, & (quod eſt maxime cavendum) [5] mortem adquirit æternam. Nihil eſt tam inviſum Deo, quam mens inceſta, & animus impurus. Nec hâc ſolâ voluptate abſtinendum [6] ſibi quis putet, quæ capitur ex fœminei corporis copulatione, ſed & cæteris voluptatibus ſenſuum reliquorum; quia & ipſæ ſunt vitioſæ, & ejuſdem virtutis eſt eas contemnere. Oculorum voluptas percipitur ex rerum pulchritudine; aurium [7] de vocibus canoris & ſuaſionibus; narium de odore jucundo; ſaporis [8] de cibis dulcibus; quibus omnibus virtus repugnare fortiter debet, ne his illecebris irretitus animus, à coele-

ſtibus

torum *Bonon.* *Taurin.* *Bodleian.* fides alteram lectionem præſtat.

6. *Sibi* quis *putet*] Vulgg. mediam vocem prætermittunt; at ea MSto *Taurin.* debetur, & orationi prorſus eſt neceſſaria.

7. *De vocibus canoris & ſuaſionibus*] Sic *Taurin.* at alii MSS. *de vocibus canoris & ſuavitatibus.* Mihi neutra placet ſcribendi ratio. Reponendum crediderim, *de vocibus canoris &* SUAVIORIBUS. Sic *vocem ſuavem & canoram* dixit *Cicero* in Bruto cap. 66. *Cyprianus* de zelo & Livor, p. 221. *Aures per canoram Muſicam tentat, ut ſoni* dulcioris *auditu ſolvat* &c. Certè *comparativa* cum *poſitivis* non rarò conjunguntur.

8. *De cibis* dulcibus] Alii *dulcioribus.*

1. *In*

ſtibus ad terrena, ab æternis ad temporalia, à vita immortali ad pœnam perpetuam deprimatur. [1] In ſaporis & odoris voluptatibus hoc periculum eſt, quod trahere ad luxuriem poſſunt. Qui enim fuerit his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem, aut, ſi habuerit, abſumet, & aget poſtmodum vitam deteſtabilem. Qui autem rapitur auditu, (ut taceam de cantibus, qui ſenſus intimos ita ſæpe deliniunt, ut etiam [2] ſtatum mentis

1. *In ſaporis & odoris* voluptatibus —— *ad luxuriem* poſſunt] Vulgg. *in ſaporis & odoris* voluptate —— *ad luxuriam* poterit. Sed præſtantior eſt antiquiſſimorum Codicum *Bonon.* & *Taurin.* lectio, quam nos jure ſequimur.

2. *Statum mentis furore perturbent*] Vulgg. *ut ſtatus mentis furore perturbetur*; ſed antiquiſſimi Codd. *Bonon.* & *Taurin.* ſequendi fuêre, quod *Joſ. Iſæus* in ſuâ editione jampridem fecerat.

3. *Compoſitis certis orationibus* &c.] Parentheſin longiorem, quàm par eſt, fecêrunt editores; nec id quidem ſine ſummo ſententiæ detrimento. Totum igitur locum ſic legas & interpungas: *Qui autem rapitur auditu, (ut taceam de cantibus — perturbent) compoſitis* certè (ita MSS. *Bonon.* & *Taurin.* non *certis*) *orationibus* —— *diſputationibus ad impios cultus facilè traducitur.* Jam plana ſunt omnia & aperta.

4. *Non facile* credunt, qui *aut ipſi* —— *legere* malunt, non *quærunt vera, ſed dulcia*] Vulgg. *non facile* creditur, quia *aut ipſi — legere* volunt, nec *quærunt vera ſed dulcia.* Nos autem vetuſtiſſimorum Codicum *Bonon.* & *Taurin.* lectionem repræ-

Digitized by Google

mentis furore perturbent, [3] compoſitis certis orationibus, numeroſiſque carminibus, aut argutis diſputationibus) ad impios cultus facile traducitur. Inde eſt quod ſcriptis cœleſtibus, quia videntur incompta, [4] non facile credunt; qui aut ipſi ſunt diſerti, aut diſerta legere malunt, non quærunt vera, ſed dulcia: imo illis [5] hæc videntur eſſe veriſſima, quæ auribus blandiuntur. Ita reſpuunt veritatem, dum [6] ſermonis ſuavitate capiuntur. Voluptas

repræſentamus, niſi quod illi *dubia* perperam dent, non *dulcia*. At etiam nunc aliquid orationi connectendæ neceſſarium videtur. Itaque diſtinxerim, *non facile credunt, qui aut ipſi ſunt diſerti, aut diſerta legere malunt. Non quærunt vera, ſed dulcia.* Noſter lib. VI. Div. Inſt. cap. 21. *Carmen compoſitum, & oratio cum ſuavitate decipiens, capit mentes, & quo voluerit, impellit. Inde homines litterati, cùm ad Dei religionem acceſſerint, ab aliquo imperito doctore fundati* (Leg. cum MSStis *Bonon.* & Cantab. *acceſſerint, ſi non fuerint ab aliquo* perito *doctore fundati) minus credunt. Aſſueti enim dulcibus & politis ſive orationibus ſive carminibus, divinarum litterarum ſimplicem communemque ſermonem pro ſordido aſpernantur.* Omninò vide *Arnobium* lib. I. pag. 39. ſeqq. ed. Plantin.

5. *Hæc videntur eſſe veriſſima, quæ auribus blandiuntur*] Nimirum ſtolidi *vera conſtituunt,*

———— *Quæ bellè tangere poſſunt*
Aures, & lepido quæ ſunt fucata ſonore;

ut olim dixit *Lucretius* lib. I. pag. 93.

6. *Sermonis* ſuavitate] Sic optimè *Bonon.* & *Taurin.* nec

tas vero, quæ ſpectat ad viſum, multiformis eſt. Nam quæ percipitur ex rerum pretioſarum pulchritudine, avaritiam concitat, quæ aliena eſſe debet à ſapiente atque juſto: quæ autem capitur de ſpecie mulierum, [1] in alteram rapit voluptatem, de quâ jam ſuperiùs locuti ſumus.

CAPUT

nec aliter olim edidit *Iſæus*. At *Gallæus*, *Sparkius* & *Cellarius* exhibent, *ſermonis varietate*. Nempe

Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι,

quique glandes frugibus longè præponunt.

1. *In alteram* rapit *voluptatem*] Sic exhibent omnes editi, & meritò quidem. At MS. Taurin. *capit*; Bonon. *cadit voluptatem*. Uterque perperam.

2. *Vitanda ſapientibus & cavenda ſunt, tum quod*] Cl. *Pfaffius*, veteres editos ſecutus, repræſentarat, *vitanda ſapientibus & cavenda ſunt* totaliter, *quod ad celebrandos*; at verbum *totaliter*, quia nec *Lactantianum* eſſe nec Latinum, nec in MSStis comparere noſſet *Joſ. Iſæus*, olim ſpongiæ juſſerat incumbere. Sed nos optimam MSti *Taurin.* ſcripturam dedimus; & ita duplex affertur ratio, cur ſpectaculis ſit abſtinendum; primo quia mentibus hominum corrumpendis nata ſint; deinde quod falſis Diis ſint conſecrata. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. VI. cap. XX, 33. *Tertullianum* Spectac. cap. XI, ſeqq. *Minucium Felicem* cap. 37. & Pſeudo-Cyprianum de Spectac. pag. 3.

3. *Munerum editiones Saturni feſta ſunt*] Vulgg. *Saturno facta ſunt*, nec aliter edidit Cl. *Pfaffius*, autoritate talium Codicum abreptus; nam optimi MSS. *Bonon.* & *Taurin.* habent *Saturni feſta*, quibus non fuit

Digitized by Google

CAPUT LXIII.

SUPEREST de ſpectaculis dicere, quæ quoniam potentia ſunt ad corrumpendos animos, [2] vitanda ſapientibus & cavenda ſunt; tum quod ad celebrandos deorum honores inventa memorantur. Nam [3] munerum editiones Saturni feſta ſunt: [4] Scena

fuit obnitendum. *Lactantius* noſter Inſtit. Div. lib. VI. cap. XX, 34. *Ludorum celebrationes*, Deorum feſta *ſunt* — *Primitus quidèm venationes* — Saturno *attributa ſunt; ludi autem Scenici* Libero; *Circenſes verò* Neptuno. Et §. 36. *Si quis igitur ſpectaculis intereſt — ad Deos ſe contulit, quorum natales, &* FESTA *celebravit.* Diſpari nonnihil ratione *Salvianus* de Gub. Dei lib. VI. cap. XI. *Colitur & honoratur Minerva in Gymnaſiis, Venus in theatris, Neptunus in Circis, Mars in arenis, Mercurius in palæſtris.* Vide & *Tertullianum* de Spectac. cap. 11, 12.

4. *Scena Liberi patris eſt*] Apollini tamen à nonnullis adſcribitur ſcena Comica. *Donatus* verò de Comœdia & Tragœdia ſic loquitur: *Qui ludi cùm per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipſi Comœdiarum Tragœdiarumque ſcriptores hujus Dei velut Patris numen colere venerarique cœperunt. Virgil.* Georg. II, 380.

Non aliam ob cauſſam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi.

Ibi vide *Servium*. Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* Ranas vſ. 406. Τῷ Διονύσῳ αἱ Κωμῳδίαι ἀνάκεινται. Et ſanè tam Comœdia quàm Tragœdia primitus Libero fuit ſacra, ſiquidem utræque ſub unius Tragœdiæ nomine veniebant. Adi ſis *Athenæum* Deipnoſ. lib. II. pag. 40.

1. *Ludi*

[4] Scena Liberi patris eſt: [1] Ludi vero Circenſes Neptuno dicati putantur: ut jam qui [2] ſpectaculis intereſt, relicto Dei cultu, ad profanos ritus tranſiiſſe videatur. Sed ego de re malo dicere, quam de origine. Quid tam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio? Ideo ſeveriſſimis legibus vita noſtra munitur, ideo bella execrabilia ſunt. [3] Invenit tamen conſuetudo, quatenus homicidium ſine bello ac ſine legibus faciat, & hoc ſibi voluptas quod ſcelus vindicabit.

Quod

1. *Ludi verò Circenſes Neptuno dicati*] Neptuno ſcilicet equeſtri, qui Conſus appellatur. Vide *Livium* lib. I. cap. 9. incertum auctorem inter opera *Cypriano* ſuppoſita pag. 3. & *Servium* ad *Virgilii* Æn. VIII, 636. præſertim verò *Dionyſium Halicarnaſſeum* lib. II. cap. 31.

2. *Spectaculis intereſt*] Sic rectè *Bonon. Taurin.* & *Bodleian.* prout edidit etiam *Chr. Cellarius.* Alii, *ſpectat vel intereſt*, incommodè prorſus. Abſurda tamen hæc lectio, quamvis altera jamdiu cognita fuiſſet, *Iſæum, Gallæum, Sparkium*, ſequaces habuit.

3. *Invenit tamen conſuetudo, quatenus homicidium ſine bello, ac ſine legibus faciat, & hoc ſibi voluptas quod ſcelus* vindicabit] Vexatus eſt locus, ideoque Codices multum abeunt diverſi. Veteres editi repræſentant, *Inventa tamen conſuetudo, quatenus — faciant, & hoc ut ſcelus vindicent.* Alii, *& hoc ſit voluptas, quod, ut ſcelus, vindicant.* *Cellarius* edidit, *quod, ut ſcelus, vindicant legibus. Bonon.* autem; *hoc ſit voluptas, quod ſcelus vindicavit cædibus.* Ad verum proximè videtur accedere MS. *Taurin.* qui ſic exhibet, ut

dedimus

Quod ſi intereſſe homicidio, ſceleris conſcientia eſt, & [4] eidem facinori ſpectator obſtrictus eſt, cui & admiſſor; [5] ergo & in his gladiatorum cædibus non minus cruore profunditur, qui ſpectat, quam ille qui facit: nec poteſt eſſe immunis à ſanguine, qui voluit effundi; aut videri non interfeciſſe, qui [6] interfectori & favit & præmium poſtulavit. Quid ſcena? num ſanctior? in quâ comœdia de ſtupris & amoribus, tragœdia de inceſtis & parricidiis fabulatur. [7] Hiſtrionum etiam

dedimus. Non tamen is omni vitio, quemadmodum reor, caret. Pro meâ ſententia locus hoc modo eſt legendus: *Invenit tamen conſuetudo, quatenus homicidium ſine bello*, NEC *ſine legibus*, (ab his enim ſaltem permittebantur venationes ac munera) *faciat, & hoc ſibi voluptas (quod ſcelus! vel, proh ſcelus!) vindicavit*. Auctoris quidem mens hac ratione conſtat, non aliâ. Vide *Cyprianum* ad Donat. p. 5. & *Arnobium* lib. II. pag. 72.

4. *Eidem facinori* ſpectator *obſtrictus eſt, cui & admiſſor*] Ex *Taurin.* Cl. *Pfaffius* edidit, *peccator obſtrictus eſt.* Sed *ſpectator*, poſtulante ſenſu, fuit reponendus. Vulgg. *eodem facinore, — quo & admiſſor.* Nec quidquam intereſt, hoc an illo modo legas.

5. *Ergo & in his gladiatorum* cædibus] Vulgg. *ergo & his gladiatorum ſceleribus.* Sed omninò rectè MS. *Taurin.*

6. *Interfectori &* favit] Vulgg. *favet.* Lectionem verò noſtram repræſentat MS. *Taurin.* Et meritò quidem; præceſſit enim, *qui* voluit *effundi.*

7. Hiſtrionum *etiam impudici geſtus — libidines — docent*] Sic rectè *Taurin.* Vulgg.

etiam impudici geſtus, quibus infames fœminas imitantur, libidines, quas ſaltando exprimunt, docent. [1] Nec minus corruptelarum diſciplina eſt, [2] in quo fiunt per imaginem, [3] quæ pudenda ſunt, ut fiant ſine pudore, quæ vera ſunt. Spectant hæc adoleſcentes, quorum lubrica ætas, quæ frænari ac regi debet, ad vitia & peccata his imaginibus eruditur. [4] Circus vero innocentior exiſtimatur; ſed major hîc furor eſt, ſiquidem mentes ſpectantium tanta efferuntur inſania, ut non modo in convitia, [5] ſed etiam in rixas & prœlia

Vulgg. *hiſtrionici etiam impudici geſtus*. Malè. *Lactantius* Div. Inſt. lib. VI. cap. XX, 29. Hiſtrionum *quoque impudiciſſimi motus, quid aliud*, niſi libidines, docent *& inſtigant*? *Pſeudo-Cyprianus* de Spectac. p. 3. In ludis *commune dedecus delectat, videlicet, vel recognoſcere* otia (Leg. *vitia*) *vel diſcere*. Vide *Minucium Felicem* Octav. cap. 37.

1. *Nec* minus *corruptelarum diſciplina eſt*] Multò melius editi quidam, *nam mimus corruptelarum diſciplina eſt*. At cum nonnulli Codices dent, *An non mimus corruptelarum diſciplina eſt?* hæc Codicis *Taurin.* lectio veram in viam ducere videtur; nam legendum puto, *nec non mimus corruptelarum diſciplina eſt*. Noſter lib. VI. cap. XX, 30. *Quid de* mimis *loquar* corruptelarum *præferentibus* diſciplinam. *Mimum* verò tam de *poëmate*, quam de *perſona* dici, paucos latet.

2. *In* quo *fiunt*] Vindicata priorum verborum rectâ lectione, patet non eſſe cur legamus, *in qua fiunt*; quod Cl. *Pfaffius*, vitioſâ ſcripturâ deceptus, ſtatuerat.

3. *Quæ* pudenda *ſunt*] Sic

Digitized by Google

prœlia & contentiones ſæpe conſurgant. Fugienda igitur omnia ſpectacula, ut tranquillum mentis ſtatum tenere poſſimus. Renuntiandum noxiis voluptatibus, ne deleniti ſuavitate peſtiferâ, [6] in mortis plagas incidamus.

CAPUT LXIV.

[7] PLACEAT ſola virtus, cujus merces immortalis eſt, quum vicerit voluptatem. [8] Superatis autem affectibus, & perdomitis voluptatibus, facilis in

Sic egregiè *Taurin.* & hoc modo elegans reſtituitur Antitheſis. Vulgg. *qua* non *ſunt.* Inutili, vel potius nullo, ſenſu.

4. *Circus* vero] Sic rectè *Taurin.* Vulgg. *Circus* non *innocentior.* Planè contrà mentem *Lactantii* noſtri.

5. *Sed etiam in rixas & prælia*] Vulgg. *in rixas* nec non *& prælia.* Sed voces, quas omiſi, neſcit MS. *Taurin.* *Ea* autem *rixæ, eaque prælia* fuêrunt propter quatuor factiones, pannorum colore diſtinctas; Praſinam, Venetam, Ruſſeam, & Albam. De Circenſibus vide *Plinium* lib. IX. Epiſt. 6. & *Tertullianum* de Spectac. c. XVI.

6. *In mortis* plagas] Vulg. *laqueos*; ex Gloſſemate.

7. Placeat *ſola virtus*] Sic optimè *Taurin.* & *Bonon.* nec erat cur Cl. *Pfaffius* vulgatam lectionem ſequeretur, pro quâ legitur, *placet ſola virtus.* Hæc enim more *cohortatorio* proferuntur. Ac ita quidem agit noſter lib. VI. Div. Inſt. cap. 18.

8. Superatis *autem affectibus*] Ita rectè *Bonon.* & *Taurin.* Vulgg. *ſuppoſitis autem affectibus.* Ineleganter quidem & ſemibarbare.

in comprimendis cæteris [1] labor eſt ei, qui ſit Dei veritatiſque ſectator. Non maledicet unquam, [2] qui ſperavit à Deo benedictionem: [3] non pejerabit, nè Deum ludibrio habeat; ſed ne jurabit quidem, [4] ne quando vel neceſſitate, vel conſuetudine in perjurium cadat: nihil ſubdole, nihil diſſimulanter loquetur; neque abnegabit, quod ſpoponderit, neque promittet, quod facere non poſſit: non invi-

1. *Labor eſt* ei, qui ſit *Dei veritatiſque ſectator*] *Taurin.* habet, *labor eſt Dei veritatiſque ſectator,* ut forſan non defuerit, qui legendum putet, interpunctionibus mutatis, *Labor* eſt. *Dei veritatiſque ſectator non maledicet unquam* &c. Sed hoc ſequentibus haud bellè convenit, niſi reponas *quia ſperabit à Deo benedictionem*; & propius eſt, ut ex optimo MSto voces illas excidiſſe cenſeamus. Vide lib. VI. Div. Inſt. c. XVIII, 4.

2. *Qui* ſperavit] Vulgg. *exſpectabit.* Sed meliorem lectionem ſuppeditavit *Taurin.* niſi quod ſcribendum, *ſperabit.* Solennis eſt apud Librarios illarum litterarum confuſio.

3. *Non pejerabit, nè Deum ludibrio habeat*] Pro voculis his omnibus *Taurin.* tantum repræſentat, *non pejerabit.* Nos autem ex Codicibus vulgatis id, quod vel Librarii vel Cl. *Pfaffii* negligentia prætermiſerat, ſupplevimus: ii tamen haud benè dant, *hic non pejerabit.*

4. *Nè quando vel neceſſitate, vel conſuetudine in perjurium cadat*] Optimè quidem. *Hierocles* in Aur. Carm. pag. 32. Οὕτω γὰρ ἂν τηρήσαιμεν τὸ εὔορκον (Sic MS. *Medic.* non τὸ ἀεὶ εὐορκεῖν) εἰ μὴ κατακεχρησαίμεθα τῷ ὅρκῳ (ita rectè *Medic.* cùm vulgg. ferant, καταχρησόμεθα τοῖς ὅρκοις, nam οὐδὲ ὅρκον singulariter extulêrunt

Digitized by Google

invidebit cuiquam, [5] qui ſe ſuoque contentus ſit; nec detrahet, aut male alteri volet, in quem forſitan beneficia Dei proniora ſunt; non furabitur, nec omnino quicquam concupiſcet alienum; non dabit [6] in uſura pecuniam, ([7] hoc eſt enim de alienis malis lucra captare) [8] nec tamen negabit, ſi quem neceſſitas cogit mutuari. Non ſit aſper in filium neque in ſervum: meminerit, quod & ipſe patrem

lêrunt Pythagorei) καὶ γὰρ ἐν τῇ συνεχείᾳ τοῦ ὀμνύειν (Malim, omiſſa præpoſitione, καὶ γὰρ τῇ συνεχείᾳ τοῦ ὀμνύειν) ῥαδίως ἂν μεταπέσοι τὶς εἰς ἐπιορκίαν. Et paullò poſt: ΣΕ´ΒΟΥ ΤΟ`Ν ῞ΟΡΚΟΝ, τῷ μὴ προχείρως αὐτῷ καταχρῆσθαι, ἵν᾽ ἐθισθῇς εὐορκεῖν ἐκ τοῦ μὴ ἐθισθῆναι (Leg. cum *Medic.* εἰθίσθαι) ὀμνύναι. Vide ſis & *Hugonem Grotium* ad *Matthæi* V, 34.

5. *Qui ſe ſuoque contentus ſit*] Vulgg. *qui de ſuo*; *Iſæus* autem, *qui* eſt *de ſuo contentus*. Sed MSti *Taurin.* lectio non parum melior eſt.

6. *In* uſurâ *pecuniam*] *Taurin.* dat *in* uſu *pecuniam*.

7. *Hoc eſt enim* de alienis *malis lucra* captare] *Taurin.* repræſentat, *hoc eſt enim malis lucra* capere. Duæ verò voculæ ſunt omiſſæ, quas ipſa res poſtulat. Noſter Div. Inſt. lib. VI. cap. XVIII, 8. *Plus accipere, quam dederit, injuſtum eſt. Quod qui facit, inſidiatur quodammodo ut ex* ALTERIus *neceſſitate prædetur.* Hinc etiam patet, ipſum velle *Lactantium*, ut *lucra captare*, quàm *capere*, potius legas; is enim *lucra captat*, qui eorum capiendorum quæſit occaſionem.

8. *Nec tamen negabit, ſi quem neceſſitas cogit mutuari*] Sic edidit Cl. *Pfaffius.* Vulgg. *ſi quidem neceſſitas cogit.* At *Taurin.* habet, *ſi qui*

Digitized by Google

trem habeat & dominum. [1] Ita cum his agat, quemadmodum ſecum agi vellet. Munera ſuperabundantia [2] non accipiat à tenuioribus; nec enim juſtum eſt augeri patrimonia locupletum per damna miſerorum. Vetus præceptum eſt, non occidere; [3] quod non ſic accipi debet, tanquam jubeamur ab homicidio tantum, [4] quod etiam legibus publicis vindicatur, manus abſtinere. [5] Sed hâc juſſione interpoſita, nec verbo licebit [6] periculum mortis

qui ſi quem neceſſitas cogit. Omninò lege, *nec tamen negabit*, SI QUI SIT, *quem neceſſitas cogit mutuari.* Noſter Div. Inſt. lib. VI. cap. XVIII, 7. *Pecuniam* ſi qui *crediderit, non accipiat uſuram.* Sic ex Cod. *Lipſiano* dedit *Chr. Cellarius*: at verò legendum, *pecuniam ſi* cui *crediderit*; agit enim de juſto, qui, prout ait, *nunquam prætermittet*, *quo minus aliquid miſericorditer faciat.* Vel *pecuniam ſi quam crediderit*, ut diſertè *Bonon.*

1. *Ita cum his* agat, *quemadmodum ſecum agi* vellet] *Taurin.* exhibet, *ita cum his* aget, *quemadmodum ſecum agi* volet. Sed harum mutationum poſteriorem reliquis MSStis debemus, priorem verò ſoli *Bonon.* cui ideo credendum putavimus, quod à *futuris* ad ſubjunctiva jam tranſierat. Ut, *non ſit aſper in filium*; ſic enim *Bonon.* & *Taurin.* haud *erit*, ut vulgg.

2. *Non* accipiat] Hanc lectionem ex *Bonon.* recepi; nam Taurin. *accipiet*; vulgg. *recipiet.* Noſtram verò rationem firmat ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. VI. cap. XVIII, 10.

3. *Quod* non *ſic accipi debet, tanquam jubeamur*] Editiones

Digitized by Google

mortis inferre, nec infantem necare aut exponere, nec ſeipſum voluntaria morte damnare. Item non adulterare; ſed hoc præcepto non ſolum [7] corrumpere alienum matrimonium prohibemur, quod etiam communi gentium jure damnatur, verum etiam proſtitutis corporibus abſtinere. Supra leges enim Dei lex eſt: [8] ea quoque, quæ pro licitis habentur, vetat, ut juſtitiam conſummet. Ejuſdem legis eſt, falſum teſtimonium non dicere, quod & ipſum latius patet. Nam ſi falſum

Editiones reliquæ dant, *quod ſic accipi debet*, non *tanquam jubeamur*; qui quidem ordo durus eſt & inſuavis præ eo, quem nos ex *Taurin.* amplexi ſumus.

4. *Quod etiam legibus publicis* vindicatur] Vel ita legendum cum *Taurin.* vel *vindicetur*, ut *Bonon.* quem ſecutus eſt *Iſaus.* Recentiores tamen, *Gallaus*, *Sparkius*, *Cellarius* repræſentant *legibus publicis jubetur*; quæ quidem lectio nonnullum, ſed longè debiliorem, parit ſenſum.

5. Sed *hac juſſione*] Primam vocem prætermittit *Taurin.* eamque nos ex aliis MSS. ſupplevimus. Ita paullò poſt: *Item non adulterare*; SED *hoc præcepto* &c.

6. *Periculum* mortis *inferre*] Sic ex *Bonon.* legit *Iſaus*, quem alii meritò ſunt ſecuti. Cæteri libri, *periculum inferre*, omiſſo *mortis* vocabulo.

7. *Corrumpere alienum matrimonium* prohibemur] Hanc lectionem ſuppeditarunt *Bonon.* & *Taurin.* Vulg. *prohibetur*, quod præ noſtro ſordet.

8. *Ea* quoque, *quæ pro licitis*] Legendum credo *eaque, quæ pro licitis habentur, vetat.*

1. Et

Digitized by Google

ſum teſtimonium mendacio nocet ei, contra quem dicitur, [1] & fallit eum apud quem dicitur; nunquam igitur mentiendum eſt, quia mendacium ſemper aut fallit aut nocet. [2] Non eſt ergo vir juſtus, qui etiam ſine noxa in otioſo ſermone mentitur. [3] Huic vero nec adulari licet; pernicioſa eſt enim ac deceptrix adulatio; ſed ubique [4] cuſtodiet veritatem: quæ licet ſit ad præſens inſuavis, tamen, quum fructus ejus atque utilitas apparuerit, non odium pariet, [5] (ut ait Poëta) ſed gratiam.

CAPUT

1. *Et fallit eum, apud quem dicitur*] Haſce voces orationi prorſus neceſſarias ex editis reſtituimus; in *Taurin.* enim eas deeſſe fecerat Librarii negligentia.

2. Non *eſt ergo vir juſtus, qui etiam ſine noxa in otioſo ſermone mentitur*] Abſurdè dant editi veteres; *non eſt vir juſtus, qui* non *ſine noxa* vitioſo *ſermone mentitur.* Recentiores igitur MSſtum *Bonon.* ſequuti ſunt, qui repræſentat, *Eſt ergo vir juſtus, qui* non *etiam ſine noxa in otioſo ſermone, mentitur.* Sed nec rectè prorſus ſeſe habet hæc ſcriptura; quod attentus Lector facilè deprehendet; nam quicunque vel *ſine noxa in otioſo ſermone non mentitur,* haud neceſſariò *vir juſtus* eſt cenſendus; aliis enim vitiis teneri poteſt, quibus *juſti viri* nomen jure perdat. Huic igitur loco, ſede particulæ negantis mutatâ, ſanitatem dedit *Taurin.* licet enim fieri poſſit, ut non ſit vir juſtus, qui nunquam mentitur, quia juſtitia non veracitatem modo, ſed & alias

Digitized by Google

CAPUT LXV.

Dixi de iis, quæ vetantur: dicam nunc breviter, quæ jubentur. Innocentiæ proxima eſt miſericordia. Illa enim malum non facit, hæc bonum operatur; illa inchoat juſtitiam, hæc complet. Nam, cum imbecillior ſit hominum natura quam cæterarum animantium, quas Deus & [6] inſtructas ad inferendam & munitas ad vim repellendam figuravit, affectum nobis miſericordiæ dedit;

alias virtutes complectitur; contrà tamen *non eſt vir juſtus, qui mentitur*, ſiquidem criminis reus eſt, quod juſtitiæ prorſus adverſatur.

3. Huic *verò nec adulari*] Alii Codices, *hinc nec adulari*; non malè quidem; præſtat tamen illa MSti *Taurin.* lectio.

4. Cuſtodiet *veritatem*] Vel *cuſtodiat*, quod reliqui libri repræſentant: eodem enim redit utraque lectio.

5. *Ut ait Poëta*] *Terentius* Andr. Act. I. Sc. I, 41. Vide ſupra cap. LII.

6. *Inſtructas* ad inferendam *& munitas ad* vim repellendam *figuravit*] Si ſana ſunt priora, potiùs, ordine verborum mutato, reſcribendum *ad repellendam vim*. Sed cùm MS. *Taurin.* exhibeat *ferendum*, fortaſſe totus locus hoc modo legendus eſt: *Inſtructas ad* infeſtandum, *& munitas ad vim repellendam figuravit*. Alioqui nullam *injuriæ inferendæ* mentionem fecit noſter Inſtit. Div. lib. VI. cap. X, 3.

1. Ficti

dit; ut omne præſidium vitæ noſtræ in mutuis auxiliis poneremus. Si enim [1] fi-ᴄti ab uno Deo, & orti ab uno homine, conſanguinitatis jure ſociamur; omnem igitur hominem diligere debemus. Itaque non tantum inferre injuriam non oportet, ſed ne illatam quidem vindicare, ut ſit in nobis perfecta innocentia. Et ideo jubet nos Deus etiam pro inimicis [2] precem facere ſemper. Ergo animal commune atque conſors eſſe debemus, ut nos invicem præſtandis [3] & accipiendis

1. Ficti *ab uno Deo*] Vulgg. *facti*; ſed præſtat MSti *Taurin.* lectio. Noſter Inſtit. Div. lib. VI. cap. X, 4. *Ab uno homine, quem Deus* finxit, *omnes orimur.* Et §. 19. *Unus homo à Deo* fictus *eſt.* Sic paſſim tam *Lactantius*, quàm alii ſcriptores optimi. Vide lib. VII. cap. V, 13. & cap. XIV, 14.

2. Precem *facere*] *Gallæus* & *Sparkius* edidêrunt *preces facere.* Perperam; cùm altera lectio MSStorum fide nitatur. Ita paſſim *Cyprianus.* Vide lib. de Unit. p. 116. De Orat. Dom. p. 140, 141, 144, 146. & de Bono Pat. pag. 216. Reſpicit autem noſter ad *Matthæi* V, 44. aut *Lucæ* VI, 28.

3. *Et accipiendis*] Vulgg. *recipiendiſque*, quod eodem redit. At ſequendi videbantur antiquiſſimi MSSti *Bonon.* & *Taurin.* Sed & ita loquitur noſter Inſt. Div. lib. VI. cap. X, 24, 25.

4. *Multis enim caſibus —ſubjecta eſt*] Vulgg. *in multis enim caſibus,* quod nè Latinum quidem eſt. Nos igitur, duce MSto *Taurin.* præpoſitionem exulare juſſimus.

5. Spera & *tibi accidere poſſe, quod alteri* videas accidiſſe] Vulgg. brevius, *ſperes*

dis auxiliis muniamus. [4] Multis enim caſibus & incommodis fragilitas noſtra ſubjecta eſt. [5] Spera & tibi accidere poſſe, quod alteri videas accidiſſe. Ita demum excitaberis ad opem ferendam, ſi ſumpſeris ejus animum, [6] qui operam in malis conſtitutus implorat. Si quis victu indiget, [7] impertiamus; [8] ſi quis nudus occurret, veſtiamus; ſi quis à potentiore injuriam ſuſtinet, eruamus. Pateat domicilium noſtrum peregrinis vel indigentibus tecto. Pupillis defenſio, viduis tutela

noſtra

ſperes tibi accidere poſſe, quod alteri accidit. Sed à MSto *Taurin.* ſtandum videtur, niſi quod reſcripſerim *videris accidiſſe. Sperandi* autem verbo, vis *exſpectandi* vel *putandi* ſæpe tribuitur. Supra cap. 51. *Quid ergo ſperaverint de ſuis religionibus — Græci? Theognis* vſ. 47.

> ῎ΕΛΠΕΟ μὴ δηρὸν κείνην πόλιν ἀτρεμέεσθαι,
> Μηδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ.

6. *Qui* operam] Vulgg. *opem tunc.* Lege *opem tuam*, ut *Iſæus* ex *Bonon.* primus dedit.

7. *Impertiamus*] In aliis *impertiamur.* Nihil intereſt. At *Taurin.* ſequimur; & hinc reddi poteſt ratio, cur ex multis Codd. exciderint hæc verba, *ſi quis nudus occurret, veſtiamus*; id enim ob ὁμοιοτέλευτον accidit.

8. *Si quis nudus* occurret, *veſtiamus*] Bonon. *occurrerit*, quem exprimunt vulgati. Sed omninò legendum, *occurrit*, ob verba *præſentis temporis*, quæ præcedunt & ſubſequuntur.

9. *Redimere ab hoſte captivos* magnum miſericordiæ *opus eſt*] Sic reſtituit *Thomaſius* ex *Bonon.* cui nunc accedit MSti *Taurin.* auctoritas. Ineptè Codices alii, *magnanimi opus eſt.* Ipſe

Lactan-

noſtra non deſit. [9] Redimere ab hoſte captivos magnum miſericordiæ opus eſt; ægros item pauperes [1] viſere atque refovere. [2] Inopes aut advenæ ſi obierint, non patiamur inſepultos jacere. Hæc ſunt opera, hæc officia miſericordiæ, [3] quæ ſi quis obierit, verum & acceptum ſacrificium Deo immolabit. [4] Hæc litabilior victima eſt apud Deum, qui non pecudis ſanguine, ſed hominis pietate

Lactantius Div. Inſt. lib. VI. cap. XII, 15. *Captivorum redemtio* magnum *atque præclarum juſtitiæ munus eſt.* — *Proprium juſtorum* opus eſt — *redimere captivos* — *Iis enim* maximè *laudis eſt* (Lege *maximæ laudis eſt*) *bene facere*, quos *nemo ſperavit eſſe facturos*. Omninò reſcribendum, *queîs nemo ſperavit* &c. ut ipſa mens auctoris abundè docet.

1. *Viſere atque refovere*] Ita *Taurin.* Alii, *viſitare atque fovere.*

2. *Inopes aut* advenæ *ſi obierint*] Cùm in vulgatis ederetur, *Inopes aut* pauperes *ſi obierint*, acutè vidit *Iſæus*, locum eſſe mendoſum; ſiquidem *inopes* à *pauperibus* nihil differunt. Unde reſcribendum putavit, PEREGRINOS *aut pauperes, ſi obierint non patiamur inſepultos jacere*. Præiverat *Lactantius*, qui dixit lib. VI. Div. Inſt. cap. 12. *Ultimum illud & maximum pietatis officium eſt*, peregrinorum *& pauperum ſepultura*. Hæc autem quamvis ſimilia veri, vera tamen non eſſe docuit MS. *Taurin.* cui rectam lectionem debemus. Sapientiſſimorum verò hominum ſententias de mortuis ſepeliendis, & ſummâ hujuſce muneris humanitate, ſuppeditabit vir præſtantiſſimus *H. Grotius* de J. B. & P. lib. II. cap. 19.

3. *Quæ ſi quis* obierit] Eſt à *Taurin.* nam alii dant, *quæ ſi quis* perfecerit. Eos nimirum

Digitized by Google

tate placatur, quem Deus, quia juſtus eſt, [5] ſua & ipſum lege, ſuâ & conditione perſequitur; [6] miſeretur ejus, quem viderit miſericordem; inexorabilis eſt ei, quem precantibus cernit immitem. Ergo, ut hæc omnia, quæ Deo placent, facere poſſimus, contemnenda eſt pecunia, & ad coeleſtes transferenda theſauros, [7] ubi nec für effodiat, nec rubigo conſumat, nec tyrannus eripiat, ſed nobis

nimirum Codices invaſit Gloſſema.

4. *Hæc litabilior victima*] In *Taurin.* malè reponebatur *lætabilior*. Noſter Inſt. Div. lib. I. cap. 21. *Priapo litabilis victima eſt aſellus.* Nam rejiciendus eſt *J. F. Gronovii* MStus, in quo, ex interpretatione, legebatur *habilis victima*. *Minucius Felix* Oct. cap. XXXII. *Cum ſit litabilis hoſtia, bonus animus & pura mens, & ſincera conſcientia.* De re ipſa vide *noſtrum* lib. V. cap. 19. & lib. VI. cap. 24.

5. Sua & *ipſum lege, ſua & conditione* perſequitur] Hæc eſt vulgatorum Codicum lectio; ſed cùm prodiderit Cl. *Pfaffius* in MSto *Taurin.* fuiſſe, *ſuam & ipſum lege, ſua condicione*; ſtatim reſcribendum vidi, *ſuamet ipſum lege, ſua conditione proſequitur*; ultimam enim vocem ſic exhibet *Bonon.* Reſpicit autem ad *Matthæi* VII, 2.

6. *Miſeretur* ejus, *quem viderit miſericordem*] Hanc lectionem ipſa poſtulat Latinitas; ſolus enim *gignendi* caſus huic verbo jungitur. Cl. tamen *Pfaffius*, vulgatos Codices ſecutus, edidit, *miſeretur ei*; ſed optimo MSto *Taurin.* repugnare non debuit. Noſter autem in animo habuit *Matthæi* V, 7. VI, 14. 15. XVIII, 35. & *Marci* XI, 26.

7. *Ubi nec fur* effodiat. *nec rubigo* conſumat, *nec tyrannus* eripiat, *ſed nobis*--ſervetur]

bis ad æternam opulentiam, Deo cuſtode, ſervetur.

CAPUT LXVI.

FIDES quoque magna juſtitiæ pars eſt: quæ maxime à nobis, [1] qui nomen fidei gerimus, conſervanda eſt, præcipue [2] in religione, quia Deus [3] prior eſt & potior quam homo. Et ſi eſt glorioſum pro amicis, pro parentibus, pro liberis, id eſt, pro homine ſuſcipere mortem, & qui hoc fecerit, diuturnam memoriam

vetur] Verba *futuri temporis* in vulgg. leguntur; *effodiet, conſumet, eripiet, ſervabitur*. At *Bonon.* habet *ubi fur non* effodiat, *nec ærugo* conſumat, *nec tyrannus* eripiat, *ſed nobis* —ſervetur. Quod aliquo quidem modo MSti *Taurin.* ſcripturam firmat. *Ærugo* autem legatur an *rubigo*, parum refert. A priore ſtat *Sedulius*:

Non mordax AERUGO *vorat, non tinea ſulcat.*

A poſteriore verò *Lactantius* Div. Inſt. lib. VI. cap. XII, 35. *Ubi*, inquit, *non furem, prædonemque* (puto, *prædonemve*) *timeas, non* RUBIGINEM, *non tyrannum*. Sic & *Cyprianus* de Hab. Virg. p. 97. licet βρῶσιν alibi *comeſturam* reddat. Reſpicitur autem ad *Matthæi* VI, 19, 20.

1. *Qui nomen fidei gerimus*] Nempe Chriſtiani, πιστοὶ ſeu fideles vocabantur.

2. *In* religione] Sic rectè *Taurin.* & ex *Bonon.* *Iſæus*. At *Gallæus*, *Sparkius* & *Cellarius* habent *in religionem*, veteres editos perperam ſecuti.

3. *Prior eſt & potior*] Eſt à *Taurin.* In aliis legitur *potentior*. Sed melior eſt

Digitized by Google

moriam laudemque conſequitur; quanto magis pro Deo, qui poteſt æternam vitam pro temporali morte præſtare? Itaque quum inciderit ejuſmodi neceſſitas, [4] ut deſciſcere à Deo, atque ad ritus gentium tranſire cogamur, nullus nos metus, nullus terror inflectat, quo minus traditam nobis fidem cuſtodiamus. Deus ſit ante oculos, ſit in corde, [5] cujus interno auxilio [6] dolorem viſcerum, & adhibita corpori tormenta ſuperemus. Nihil tunc aliud quam vitæ immortalis præmia cogitemus. Ita facile, etſi [7] diſſipandi [aut urendi]

eſt optimi MSti lectio. Vide nos ſupra, ad cap. XXX.

4. *Ut* deſciſcere *à Deo*] Vulgg. *diſcedere*; ſed hoc præ eâ ſordet lectione, quam nos ex *Bonon.* & *Taurin.* recepimus.

5. *Cujus* interno *auxilio*] Non correctrix, ſed corruptrix, manus in MSto *Taurin.* repoſuit, *cujus* æterno *auxilio*; nam *δυνάμει κραταιώμεθα διὰ τοῦ πνεύματος, εἰς τὸν* ἜΣΩ *ἄνθρωπον*, ut ait *Paulus* Epheſ. III, 16. Vide & 2 Corinth. IV, 16.

6. Dolorem *viſcerum &* —— *tormenta* ſuperemus] Vulgg. Dolor *viſcerum &* —— *tormenta* ſuperentur. Nos verò potiorem Codicis *Taurin.* lectionem amplectimur.

7. *Diſſipandi aut urendi*] Duabus ultimis vocibus caret *Taurin.* & ſunt, ut opinor, Gloſſema *τοῦ diſſipandi*, quapropter nos eas uncis incluſimus. Medea quidem *Ovidio* & *Ciceroni* fratris ſui *membra diſſipâſſe* traditur, ſed alius ibi ſenſus eſt. Idem etiam Codex paullò poſt optimè repræſentat, *tyrannicæ crudelitatis*, non *dominationis*, ut vulgati.

1. *Sed*

Digitized by Google

urendi] artus fuerint, tolerabimus univerſa, quæ in nos tyrannicæ crudelitatis amentia molietur. Poſtremo ipſam mortem non inviti, aut timidi, [1] ſed libentes, & interriti ſubire nitamur, [2] cum ſcimus quali apud Deum gloria ſimus functuri; [3] [triumphato ſeculo ad promiſſa venientes,] quibus bonis, quantâ beatitudine brevia hæc pœnarum mala & hujus vitæ damna penſemus. Quod ſi [4] facultas hujus gloriæ deerit, [5] habebit fides

1. *Sed libentes & interriti*] Vulgg. *ſed* libenter *& interriti*. Aſt audiendus eſt *Taurin.* præceſſerant enim *inviti aut timidi*. Mendam uſque adeò apertam non dudum ſuſtuliſſe viros eruditos!

2. *Cum ſcimus, quali apud Deum gloria ſimus* functuri] Vulgg. *ut qui ſcimus*. *Bonon.* verò, *ut ſciamus, quali apud Deum gloria ſumus* futuri. Lubens reſcripſerim *cùm ſciamus, quali apud Deum gloriâ ſimus* FRUITURI, vel FRUCTURI. Nam *gloria fungi*, phraſis eſt, quæ mihi ſe non probat, nec, ut opinor, apud idoneos ſcriptores reperitur.

3. *Triumphato ſeculo ad promiſſa venientes*] Hæ voces in MSto *Taurin.* non viſuntur. Certè ſuperfluæ ſunt, & è margine videntur in orationis ſeriem irrepſiſſe; quapropter nos eas uncinis cinximus.

4. *Facultas hujus gloriæ*] Martyrii. Id autem ardentiſſimo ſtudio cupiebant veteres Chriſtiani, quòd ſummam *gloriam*, inter homines & apud Deum, parere cenſeretur. Vide Cl. *Dodwelli* Diſſ. *Cyprian.* XII. §. 10. ſeqq.

5. *Habebit fides etiam in pace*

ſides etiam in pace mercedem. Teneatur ergo in omnibus vitæ officiis; teneatur in matrimonio: non enim ſatis eſt, ſi aut alieno toro, aut lupanari abſtineas. Qui habet conjugem, nihil quærat extrinſecus, ſed [6] contentus ea ſola, caſti & inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat. [7] Eſt enim Deo & inceſtus, qui abjecto jugo, vel in liberam, vel in ſervam peregrina voluptate luxuriat. Sed ſicut fœmina caſtitatis vinculis obliga-

ta

pace mercedem] *Cyprianus* de Mortal. pag. 162. poſt alia multa ſic loquitur: *In Dei ſervis, apud quos confeſſio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus, Deo judice, coronatur. — Nec enim Deus ſanguinem noſtrum, ſed* FIDEM *quærit.* Idem de Exhort. Martyr. pag. 184. *Sine præmio non erit* FIDES, *quæ erat ad martyrium præparata. Sine damno temporis, merces, judice Deo, redditur: in perſecutione militia,* IN PACE *conſcientia coronatur.* Hanc in rem plura loca congerere nihil attinet. Vide tamen Epiſt. X.

6. *Contentus eâ ſolâ, caſti & inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat*] Ita tandem locus ſanus fit & integer; vulgg. enim dant, *contentus ea ſolâ,* carnem caſtiget, *inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat.* *Iſæus* autem ex *Bonon.* habet: *Contentus eâ ſolâ,* carnem caſtiget, *caſti & inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat.* At *Taurin.* ineptum Monachi deſipientis additamentum rectè prætermittit.

7. *Eſt enim Deo & inceſtus*] *Bonon.* repræſentat, *adulter enim Deo eſt perinde atque inceſtus,* & eum ſecuti ſunt recentiores. Alii Codd.

Digitized by Google

ta eſt, [1] ne aliud concupiſcat; [2] ita vir eadem lege teneatur, [3] quoniam Deus virum & uxorem unius corporis compage ſolidavit. Ideo præcepit, [4] non dimitti uxorem, niſi crimine adulterii revictam: [5] & nunquam conjugalis fœderis vinculum, niſi quod perfidia ruperit, reſolvatur. [6] Illud quoque ad conſum-

Codd. *adulter enim Deo eſt pro inceſto*. Sed *Taurin.* ad veram lectionem quaſi manu ducit: addita enim voculâ, ſcribendum videtur; ADULTER *eſt enim Deo &* *inceſtus*. Poteris etiam, vocabulo non adſuto, legere, *eſt enim Deo* UT *inceſtus*. Prior autem ratio, propter aliorum Codicum fidem, magis arridet.

1. *Nè* aliud *concupiſcat*] Ita *Galleus* etiam, *Sparkius*, & *Cellarius*. At legas oportet, *nè alium*, nempe virum, *concupiſcat*, prout edidit *Iſæus*; vel, *ut nè alium concupiſcat*, quò propiùs accedas ad MStum *Bonon.* qui dat *& ne alium*. *Clemens* Homil. XIII. cap. 15. Ἡ σώφρων γυνὴ, τὸ τῷ Θεῷ θέλημα ποιοῦσα —— ὅτι εἷς ὢν ὁ Θεὸς, ἘΝ ἈΝΘΡΩ΄ΠΩ μιᾷ ἔκτισε γυναῖκα. Lege ἑνὶ ἀνθρώπῳ.

2. *Ita vir eadem lege* teneatur] Scribendum puto *tenetur*.

3. Quoniam *Deus* virum & *uxorem*] Vulgg. quo *Deus* & viro *uxorem*; *Bonon.* verò, quia *Deus* & viro *uxorem unius corporis compage ſolidavit*. Aſt ipſam *Lactantii* manum ſervavit optimus Codex *Taurin.* Reſpicit autem noſter ad *Matthæi* XIX, 5, 6. *Marci* X, 8. vel alios parallelos S. Scripturæ locos.

4. *Non dimitti uxorem, niſi crimine adulterii revictam*] Vide *Matthæi* V, 32. XIX, 7. &c.

5. Et *nunquam conjugalis*] Leg. UT *nunquam conjugalis*, quod ipſa poſtulat Romani ſermonis ratio. Sic &

conſummandam pudicitiam jungitur, ut non modo peccatum abſit, verum etiam cogitatio. Pollui enim mentem quamvis inani [7] cupiditate manifeſtum eſt. Itaque juſtum hominem, quod ſit ſecus, nec facere oportere, nec velle. Purganda eſt igitur conſcientia, quam Deus pervidet, qui falli non

& ex *Bonon.* ediderat *Iſaus*; at eum non audiêrunt recentiores.

6. *Illud quoque — cupiditate*] Totus hic locus ita videtur legendus & diſtinguendus: *Illud quoque ad conſummandam pudicitiam injungitur, ut non modo peccatum abſit, verum etiam cogitatio: pollui enim mentem quamvis inani cupiditate.* Noſter Inſt. Div. lib. VI. c. XXIII, 33. *Addantur illa*, (cum *Bonon.* leg. *adduntur illa*,) *ut omnis calumnia & occaſio fraudis removeatur, adulterum eſſe, qui à marito dimiſſam duxerit — Præterea non tantum adulterium eſſe vitandum, ſed etiam cogitationem* &c. Vide *Matthæi* V, 28.

7. *Cupiditate manifeſtum eſt. Itaque juſtum hominem, quod ſit ſecus, nec facere oportere, nec velle*] Cl. *Pfaffius*, exoletas editiones ſequutus, edidit, *juſtum hominem*, qui ſcit ſe *nec facere* &c. Sed hanc mendam ope libri *Bonon.* jamdudum ſuſtulerat *Iſaus*, & lectionem à me reſtitutam firmat etiam *Taurin.* Cæterum locus hic ab interpunctione laborat; ſaltem enim ſic diſtinguas oportet; *inani cupiditate*; *manifeſtum eſt itaque, juſtum hominem* &c. At cum vetuſtiſſimus ille MS. repræſentet, *cupiditate ita juſtum hominem*; ocius repone, *inani cupiditate: ita juſtum hominem, quod ſit ſecus, nec facere oportere nec velle.* Voces, MANIFESTUM EST, explendæ, ſicut rebantur, orationis inferſerant Librarii.

Digitized by Google

non poteſt. [1] Emaculetur omni labe pectus, [2] ut templum Dei eſſe poſſit, quod non auri, nec eboris nitor, ſed fidei & caſtitatis fulgor illuſtrat.

CAPUT LXVII.

SED hæc enim omnia difficilia ſunt homini, nec patitur [3] conditio fragilitatis naturæ, eſſe quenquam ſine macula. Ultimum ergo remedium illud eſt, ut confugiamus ad pœnitentiam, quæ non

1. Emaculetur *omni labe pectus*] Sic optimè *Taurin.* & *Bonon.* Recentiores tamen, *Gallæus*, *Sparkius*, & *Cellarius*, exhibent, *evacuetur omni labe pectus*. At in rectam viam, ſi non ratione, ſaltem præſtantiſſimi Codicis auctoritate duci debuerunt.

2. *Ut* templum Dei *eſſe poſſit*] Loquendi modus ex D. *Paulo* petitus eſt. Sic 1. Corinth. III, 16, 17. Οὐκ οἴδατε ὅτι ΝΑΟ'Σ ΘΕΟΥ͂ ἐστε — ΝΑΟ'Σ ΤΟΥ͂ ΘΕΟΥ͂ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. Adi & VI, 19. ad quem locum præcipuè reſpicit *Lactantius* noſter.

3. *Conditio fragilitatis* naturæ] Ultima voce carent *Bonon.* & *Taurin.* nec ea ſanè mihi placet, licet non delenda, ſed mutanda, videatur; lego enim *conditio fragilitatis* NOSTRÆ. Supra cap. LXV. *Multis enim caſibus & incommodis fragilitas* noſtra *ſubjecta eſt.* Ibi tamen à *Taurin.* exulat *pronomen*. Noſter Div. Inſtit. lib. VI. cap. XXIV, 9. *Ut huic neceſſitati, cui fragilitas* noſtra *ſubjecta eſt, medicina poenitentia ſubveniret.* Qui locus emendationem noſtram firmat & ſtabilit. Mendum autem ex compendiariâ ſcribendi ratione naſcitur; *noſtram* enim & *natu-*

Digitized by Google

non minimum locum inter virtutes habet, quia ſui correctio eſt; ut, quum forte aut re aut verbo lapſi fuerimus, ſtatim reſipiſcamus, [4] ac nos deliquiſſe fateamur, oremuſque à Deo veniam, quam pro ſua miſericordia non negabit, niſi perſeverantibus in errore. Magnum eſt pœnitentiæ auxilium, magnum ſolatium. Illa eſt vulnerum peccatorumque ſanatio: illa ſpes, illa portus ſalutis; quam qui tollit, viam vitæ ſibi amputat: quia nemo eſſe tam juſtus poteſt, ut nunquam

naturam ſimili ferê modo exarant Tachygraphi.

4. Ac *nos deliquiſſe fateamur*] Sic rectè *Taurin.* & *Iſæus* in ſuâ editione. Recentiores tamen, *Gallæus*, *Sparkius*, & *Cellarius*, dant, AUT *nos deliquiſſe fateamur*, quod ſenſum loci vitiat.

5. *Niſi* perſeverantibus] Vulgg. *perſeverabimus*; ſed potior eſt optimorum Codicum *Bonon.* & *Taurin.* lectio. Hanc in rem ſic *Hierocles* pag. 104. Ἡ γὰρ ἡμετέρα κακία (Leg. ex MSto Medic. τῇ γὰρ ἡμετέρᾳ κακίᾳ,) καὶ θεία κρίσις τιμωρουμένη τὴν πονηρίαν, τὰ χαλεπὰ συνεφόρησεν· εἰκότως δὲ ταῦτα λύει πάλιν ἀρετῇ τε ἡμετέρᾳ καὶ νόμῳ προνοίας, ἀπολύοντι τῶν κακῶν τοὺς παρ' ἑαυτῶν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπιδεδωκότας. Poſteriorem partem Codex ille præſtantiſſimus ita dat ἀπολύοντι μετανοίας τὰ κακὰ τὸ ὑπὲρ ἑαυτῶν &c. Nimirum margini Scholiaſtes adleverat, ἀπολύονται μετανοίᾳ τὰ κακὰ, quò rei, de qua agitur, ſummam demonſtraret. Eâ verò gloſſa in orationis ſeriem tranſlata, excidit tandem ἀπολύονται, quòd ἀπολύοντι ſonus eſt ſimilis; & τὰ κακὰ voces τῶν κακῶν expulerunt. Ita, prout videtur, factum eſt, ut corruptus ſit notæ ceteroquin optimæ liber.

 1. Con-

quam ſit ei pœnitentia neceſſaria. Nos vero etiamſi nullum ſit peccatum, [1] confiteri tamen debemus Deo, [2] & pro debitis noſtris identidem deprecari; gratias agere etiam in malis. [3] Hoc ſemper obſequium Domino deferamus. [4] Humilitas enim chara & amabilis Deo eſt; qui quum [5] magis ſuſcipiat peccatorem confitentem, quam juſtum ſuperbum; quanto magis juſtum ſuſcipiet confitentem, eumque in regnis cœleſtibus faciet pro

1. *Confiteri tamen debemus* Deo] Sic *Taurin.* nec aliter ex *Bonon.* dederat *Iſæus*, quamquam ſacris Pontificiis addictus. *Gallæus* tamen, *Sparkius* & *Cellarius* ultimam vocem neglexere.

2. *Et pro* debitis *noſtris identidem deprecari*] Malim *pro* delictis *noſtris*, ut ex *Bonon.* edidit *Iſæus*: licet enim *peccata* dicantur ὀφειλήματα cùm alibi, tum *Matthæi* VI, 12. eaque paſſim *debita* vocent alii Scriptores Eccleſiaſtici, noſter tamen non ita loqui ſolitus eſt.

3. *Hoc ſemper obſequium*] Veteres editt. *hoc* enim *ſemper obſequium*, quas ſecutus erat Cl. *Pfaffius*. Sed cùm particula iſta prorſus ſit ſupervacanea, nec in *Bonon.* aut *Taurin.* compareat, eam nos iterum delevimus.

4. *Humilitas enim chara*] Vulgg. *humilitas enim* tam *chara*; ſed vocem penultimam neſcit *Taurin.* Et meritò quidem; officit enim ſenſui.

5. *Magis ſuſcipiat peccatorem confitentem, quàm juſtum ſuperbum*] Reſpicit ad Parabolam de Phariſæo & Publicano, quæ exſtat *Lucæ* XVIII, 10. ſeq.

6. *Quæ* debeat] Sic *Taur.* At malim *debet* cum vulgatis.

7. *Mentis ſuæ pignora in* aram

Digitized by Google

pro humilitate ſublimem. Hæc ſunt 6 quæ debeat cultor Dei exhibere, hæ ſunt victimæ, hoc ſacrificium placabile: hic verus eſt cultus, quum homo 7 mentis ſuæ pignora in aram Dei confert. Summa illa majeſtas hoc cultore lætatur: 8 hunc ut filium ſuſcipit, eique donum immortalitatis impertitur; de quâ nunc mihi diſſerendum eſt, & arguenda perſuaſio eorum, qui extingui animas 9 cum corporibus arbitrantur. Qui

aram *Dei confert*] Malè *Taurin.* habet *in* IRAM *Dei.* Audi *noſtrum* Div. Inſt. lib. VI. cap. XXIV, 29. *Itaque in* ARAM *Dei — juſtitia imponitur, patientia, fides, innocentia, caſtitas, abſtinentia.* Qui locus hunc & explicat & tuetur.

8. *Hunc ut filium ſuſcipit, eique donum immortalitatis* impartitur] Sic ex *Bonon.* dedit *Iſæus*, quem ſecuti ſunt *Gallæus* & *Sparkius.* At *Cellarius*, præeuntibus antiquis editionibus, exhibet, *Hunc ut filium ſuſcipit* ſibi, quia donum *immortalitatis* impartitur. Præſtat autem ſine dubio prior legendi modus. Nec is tamen ex aſſe mihi ſatis facit, cum vetuſtiſſimus *Taurin.* habeat, *hunc ut filium ſuſcipit*, idoneum præmium *immortalitatis* impertit. Repono *hunc ut filium ſuſcipit*; ei divinum præmium *immortalitatis impertit.* Sane litterarum ductus haud abludit, & *divinum præmium beatitudinis perpetuæ* dixit *Lactantius* Inſtit. Div. lib. VII. cap. I, 3. & ejuſdem libri cap. V, 15. *præmium immortalitatis.* Ità vero loquitur, quòd *immortalitas non ſequela naturæ, ſed merces* PRÆMIUM*que virtutis eſt*, ut ait §. 20.

9. *Cum corporibus* arbitrantur]

Digitized by Google

Qui, quia nec Deum ſciebant, nec arcanum mundi [1] perſpicere poterant, ne hominis quidem animæque rationem comprehenderunt. [2] Quomodo enim poſſent ſequentia pervidere, qui ſummam non tenebant?

CAPUT LXVIII.

[3] NEGANTES igitur eſſe ullam providentiam, utique Deum, qui

trantur] Vulgg. *putavêrunt.* Sed optimorum Codicum *Bonon.* & *Taurin.* conſenſus non erat negligendus.

1. Perſpicere *poterant*] *Taurin.* habet *proſpicere*; ſed perperam.

2. *Quomodo enim poſſent* ſequentia pervidere, *qui* ſummam non tenebant] Peſſimè veteres editi, *ſapientia providere, qui ſcientiam non habebant*; iis tamen nonnihil obſecutus eſt Cl. *Pfaffius,* cùm dederit, *qui ſcientiam nullo modo habebant. Iſaus* repræſentat; *quomodo enim poſſent ſequentia* providere, *qui ſummam non* habebant? Malè verò deſeruit *Bononienſem* ſuum, qui *pervidere* dat, non *providere.* Nos optimum Codicem *Taurin.* preſſè ſequimur; & jure quidem merito. *Sequentia* vocantur hominis animæque ratio; in Dei vero, cauſſarumque, propter quas mundus factus eſt, agnitione, *ſummam* ponit *Lactantius* noſter.

3. *Negantes igitur eſſe ullam providentiam, utique Deum — negavêrunt*] Vide quæ notavimus ſupra cap. XXXVI. pag. 85.

4. *Semper fuiſſe non poteſt*, quod & eſt & viſui ſubjacet; ipſum enim *eſſe ſine aliquo initio non poteſt*] Vulgg.

Digitized by Google

qui fons & caput rerum eſt, negaverunt. Sequebatur ut ea quæ ſunt, aut ſemper fuiſſe dicerent, aut ſuâ ſponte eſſe nata, aut minutorum ſeminum conglobatione concreta. [4] Semper fuiſſe non poteſt, quod & eſt & viſui ſubjacet; ipſum enim eſſe ſine aliquo initio non poteſt. Suâ ſponte autem nihil naſci poteſt, quia [5] nulla eſt ſine generante natura. [6] Semina vero principalia quomodo eſſe potuerunt, quum & ſemi-

na

Vulgg. *ſemper fuiſſe* dici *non poteſt*, quià quicquid eſt *eſſe ſine aliquo initio non poteſt.* Nos autem MS. *Taurin.* lectionem damus, licet ex omni parte ſana non videatur. Ex hoc & editis libris forte reſcribendum, *ſemper fuiſſe non poteſt, quod eſt;* quia quicquid eſt, *& viſui ſubjacet, ipſum eſſe ſine aliquo initio non poteſt.* Sic certè argumentatur *Plato* in Timæo p. 1047. ed. Wechel. Κόσμος ὁρατὸς, inquit, ἁπτός τέ ἐστι, καὶ σῶμα ἔχων, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δὲ αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη· τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. Vide & noſtrum lib. VII. Div. Inſt. cap. I, 7, 8, 9.

5. *Nulla eſt* ſine generante *natura*] Quia veteres editi dant *ſine ratione*, *Th. Sparkius* legendum conjecit *ſine generatione.* Sed à *Bonon.* & *Taurin.* omninò ſtandum fuit. Græce dixeris, οὐδεμία ἐστὶν ἄνευ ΓΕΝΝΏΝΤΟΣ φύσεως. Nam *generans* noſtro tam latè patet, quam Græcis γεννῶν. Vide lib. IV. *Div.* Inſt. cap. IV, 6. & lib. VI. cap. X, 3. Illis autem γεννῶν idem valet ac ποιῶν, κτίζων, δημιουργῶν, τεκταινόμενος. Hinc *Plato* in Timæo pag. 1044. Athenienſes

na ex rebus oriantur, & viciſſim res ex ſeminibus? Nullum igitur ſemen eſt, [1] quod originem non habet. Sic factum eſt, ut, quum putarent mundum [2] nulla providentia generatum, nè hominem quidem putarint aliqua ratione generari. Quod ſi nulla eſſet in fingendo homine ratio verſata, [3] immortalem igitur animam eſſe non poſſe. [4] Alii vero ex adverſo & Deum eſſe unum, & ab eo mundum factum

Athenienſes vocat γεννήματα καὶ παιδεύματα Θεῶν. Idem pag. 1053. Κατὰ πάντα δὴ τούτων ἕνεκα ἘΓΕΝΝΗ΄ΘΗ τῶν ἄστρων ὅσα δι᾽ οὐρανοῦ πορευόμενα, ἔσχε τροπάς. Iterum pag. 1088. Ἄποδα αὐτὰ καὶ ἑλυσσώμενα ἐπὶ γῆς ἘΓΕ΄ΝΝΗΣΑΝ. Sic & is, & alii philoſophi paſſim. *Hierocles* pag. 106. Τῶν ἀϊδίων ΓΕΝΝΗΜΑΤΩΝ τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀνευρίσκεται. Ita rectè MS. *Medic.* nam in editis eſt τῶν ἀϊδίων δημιουργημάτων. Mutata fuit locutio, quia τὸ γεννᾶσθαι ſecundæ SS. *Triadis* perſonæ conſecravit multorum jam ſeculorum uſus.

6. *Semina* vero *principalia*] Vulgg. *ſemina* enim *principalia.* Sed certiſſimam lectionem ex *Bonon.* olim publicârat *Iſæus*, eamque retinet *Taurin.*

1. *Quod originem non* habet] Sic *Taurin.* quod melius, quàm *habeat*, ut præ ſe ferunt Vulgg.

2. *Nulla providentia* generatum] Plurimi Codd. *factum*, quod ob cauſſam jam ante dictam contigit. Cl. etiam *Pfaffius* vulgatam lectionem retinuit; ſed nos optimum *Taurin.* ſequi non dubitavimus. Noſter ſupra cap. III. *Cum ab ipſo* (Deo) *ſit omnis natura* GENERATA. *Plato* in Timæo pag. 1049. Ἐκ δὲ δὴ τούτων — τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἘΓΕΝΝΗ΄ΘΗ

δὲ

Digitized by Google

ctum, & hominum cauſa factum, & animas eſſe immortales exiſtimaverunt. [5] Sed quum vera ſentirent, hujus tamen divini operis atque conſilii, nec cauſas, nec rationes, nec exitus perſpexerunt, ut omne veritatis arcanum conſummarent, [6] atque aliquo veluti fine concluderent. Sed quod illi facere non potuerunt, [7] quia veritatem perpetuo non tenebant; nobis faciendum eſt, qui eam cogno-

δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαι. Et iterum de eodem: Ἀσωμελὶς καὶ ἄπτον αὐτὸ ἘΓΈΝΝΗΣΕΝ. Hæc, ut opinor, Codicis illius ſcripturam abundè vindicant.

3. Immortalem *igitur animam eſſe* non poſſe] Vulgg. *mortalem igitur animam eſſe poſſe*. Quaſi vero contenderint Epicurei *fieri* tantùm *poſſe*, ut mens ſit mortalis; & non ratiociniis efficere ſint conati, ut, eam cum corpore mori, neceſſum prorſus habeatur! Qui hæc neſcit, *Lucretii* ſubtilia videat argumenta. Adi *Lactantium* Div. Inſt. lib. VII. cap. 12. Patet igitur veram eſſe MSti *Taurin.* lectionem, quam nos amplexi ſumus.

4. *Alii verò*] Stoicos intelligit.

5. *Sed quum* vera ſentirent, hujus *tamen divini operis*] *Gallæus*, *Sparkius* & *Cellarius* exhibent, *ſed cum* ea ſenſêrunt, ii *tamen divini operis*. *Iſæus* autem, *ſed cum* ea ſenſerint, hujus *tamen divini operis*. Paullò quidem melius; ſed ipſam *Lactantii* manum ſuppeditavit egregius ille MS. *Taurin.*

6. *Atque* aliquo *veluti fine*] A Codice *Taurin.* venit vox antepenultima, quæ in vulgatis deeſt.

7. *Quia veritatem perpetuò non tenebant*] Revelationis Θεοπνεύστου ope deſtituti; nam *homo quia ſubjectus eſt paſſioni; ſubjecta eſt & ſa-*

Digitized by Google

cognovimus, Deo adnuntiante.

CAPUT LXIX.

CONSIDEREMUS igitur, quæ ratio fuerit hujus tanti tamque immenſi operis fabricandi. Fecit Deus mundum, ſicut Plato exiſtimavit, [1] ſed cur fecerit, non oſtendit. [2] *Quia bonus*, inquit, & *invidens nulli*, *fecit quæ bona ſunt*. Atqui videmus in rerum natura

& *ſapientia ejus errori — neque clarius perſpicere veritatem poteſt, cujus* notio (vel *notitia*, ut *Bonon.* aliique Codd.) *divinæ conditionis eſt: Deo enim ſoli opera ſua nota ſunt*, ut ait noſter Inſt. Div. lib. VII. cap. II, 7, 8.

1. *Sed cum* fecerit] Sic rectè *Taurin.* & *Bodleian.* nec aliter edidit *Chr. Cellarius*. Alii, *ſed cur fecit*, quod ipſa reſpuit Latinitas.

2. *Quia bonus & invidens nulli, fecit quæ bona ſunt*] *Plato* in Timæo pag. 1047. Λέγωμεν δὴ δι' ἣν αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. Τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ. Vide *Euſebium* P. E. lib. IX. c. 21.

3. Ἄθεος *ille Theodorus*] Theodorum Cyrenæum intelligit, de quo, ne plures memorem, vide *Ciceronem* N. D. lib. I. capp. I, 23. *Minucium Felicem* Octav. cap. VIII. & *noſtrum* de Ira Dei cap. IX.

4. *In materia*, inquit, *continebantur*] *Arnobius* lib. I. pag. 6. *Quid enim ſi prima materies, quæ in rerum quatuor elementa digeſta eſt, miſeriarum omnium cauſas ſuis continet in rationibus involutas?* Et lib. II. pag. 81. *Mala ergo, dicetis, unde ſunt hæc*

Digitized by Google

tura & bona eſſe & mala. Poteſt ergo exiſtere perverſus aliquis, qualis fuerit [3] ἄθεος ille Theodorus, & Platoni reſpondere: *Immo quia malus eſt, fecit quæ mala ſunt.* Quomodo illum redarguet? Si quæ bona ſunt, Deus fecit: unde igitur tanta mala eruperunt, quæ plerumque etiam prævalent bonis? [4] *In materia,* inquit, *continebantur.* [5] Si mala, ergo & bona; ut aut nihil fecerit Deus; aut ſi bona tantum fecit, æterniora

hæc omnia? Ex elementis, inquiunt, & ex eorum inæquabilitate ſapientes. Plato in Theæteto pag. 129. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε, (ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀνάγκη) οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι· τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. Hoc argumentum fuſè tractat divinus ille philoſophus in Timæo pagg. 1081, 2, 3, 4, 5.

5. *Si mala, ergo & bona; ut aut nihil fecerit Deus; aut, ſi bona*] Cl. *Pfaffius* ex editione *Tornæſianâ* dederat: *Bona igitur & mala, aut nihil fecit Deus. Si bona* &c. *Iſæus* autem, quem ſecuti ſunt recentiores, fide MSti *Bonon.* repræſentat, *Si mala, ergo & bona ſint, aut nihil fecit Deus, aut ſi bona.* Vero quidem proximè; non tamen ut omnem labem abſterſerit; hæc enim laus præſtantiſſimo Codici *Taurin.* ſervabatur, quem nos expreſſimus. *Si mala,* inquit, in materia continebantur. *ergo & bona; ut aut nihil fecerit Deus,* ſiquidem tam bona quam mala in ἀκτίστῳ materia fuêre; *aut, ſi bona tantum fecit, æterniora* ſint (nam ita legendum, non *ſunt*) *mala.* Hic eſt clarus & facilis hujuſce loci ſenſus, quem videre non poterant alii vitiatis Codicibus occæcati.

1. Ni

Digitized by Google

terniora ſunt mala, quæ facta non ſunt, quam bona, quæ habuerunt exordium. Finem igitur habebunt, quæ aliquando cœperunt, & permanebunt, quæ ſemper fuerunt. Mala ergo potiora ſunt. Si autem potiora eſſe non poſſunt, [1] ne æterniora quidem poſſunt. Ergo aut utraque ſemper fuerunt, & Deus otioſus: aut utraque ex uno fonte fluxerunt. [2] Eſt enim convenientius, ut Deus omnia fecerit

1. *Nè æterniora quidem poſſunt*] Vel legendum, *eſſe poſſunt*; vel, quod malim, *nè æterniora quidem ſunt*.

2. *Eſt enim* convenientius] Vulgg. *eſt enim conveniens*; ſed alteram lectionem ex *Bonon.* jamdudum receperat *Iſæus*, & eam firmat MS. *Taurin.* licet vel hæc non prorſus ſana videatur; reſcribas enim oportet, *eſt* AUTEM *convenientius*, ut ipſa docet orationis connexio.

3. *Ergo ſecundum ſententiam Platonis* &c.] Ita loquitur noſter, non quod opinetur hanc reverà fuiſſe *Platonis* ſententiam; ſed ut oſtendat, quomodo, data *Platonis* Hypotheſi, ratiocinari poſſit *Theodorus*, cujus hoc in loco perſonam gerit *Lactantius*. Qui *Platonem* vel à limine ſalutârunt, nôrunt ab ejus animo hanc impietatem longè fuiſſe. Is enim ubique Θεὸν ἀναίτιον clamat; is Deum, qui eſt αὐτοαγαθὸν, nihil niſi bonum facere potuiſſe teſtatur. Vide modo lib. II. de Rep. p. 605. *Euſebium* Præp. Evang. lib. XI. c. 21. ac lib. XIII. c. 3. & *Theodoritum* Therap. VI. p. 95.

4. *Quia bona* fecit] Sic rectè *Taurin.* Vulgg. *facit*. Perperam.

5. *Apparet*, non ideò *factum eſſe à Deo mundum, quia bonum eſt mundus*] *Gallæus*, *Sparkius*, & *Cellarius*, *Iſæo* præeunte, repræſentant, *apparet à Deo factum eſſe mundum, quia mundus bonus eſt*. Planè contrà

cerit potius quam nihil. [3] Ergo ſecundum ſententiam Platonis idem Deus & bonus eſt, [4] quia bona fecit; & malus, quia mala. Quod ſi fieri non poteſt, [5] apparet non ideo factum eſſe à Deo mundum, quia bonum eſt mundus; [6] omnia enim complexus bona & mala: [7] nec fecit propter ſe quicquam, ſed propter aliud. [8] Domus ædificatur non ad hoc ſolum, ut ſit domus, ſed ut ſuſ-

cipiat

contrà *Lactantii* mentem, qui *Platonis* opinionem (pro quâ poſuit, *quia Deus bonus eſt & invidens nulli, fecit quæ bona ſunt*) aggreſſus eſt confutare. Multò melius editi vetuſtiores, *apparet non ideo factum eſſe mundum, quia mundus bonus eſt.* Sed omnium optimè *Taurin.* cui nos adhæremus.

6. Omnia *enim complexus eſt bona & mala*] Sic *Taurin.* ſic & ex *Bonon.* primus edidit *Iſæus.* Impreſſi veteres habent, *quoniam enim complexus eſt*; *Cellarius* autem, *quoniam complexus eſt bona & mala.* Libet interrogare, ποῦ σοι φρένες ἐκπεπότηνται; *Apparet à Deo factum eſſe mundum, quia mundus bonus eſt.* Cur autem bonus eſt mundus? *Quoniam complexus eſt bona & mala.* Niſi fallor, abſurditatem jam vides, in quam lapſus eſt vir alioquin eruditus. In eodem etiam luto hæſitant *Gallæus* & *Sparkius*, *Iſæum* ſecuti; quod minus equidem miror.

7. *Nec* fecit *propter ſe quicquam*] Sic omnes editi. MS. autem *Taurin.* exhibet, *nec fiet.* Lege, *nec fit propter ſe quidquam.* Vide lib. VII. Div. Inſt. cap. IV, 4.

8. *Domus ædificatur*] Cl. *Pfaffius* ex antiquioribus editis exhibet, *domus enim ædificatur*; ſed illam particulam neſciunt *Taurin.* & *Bonon.* eamque prætermittit

ipſe

Digitized by Google

cipiat & tueátur habitantem. Item navis fabricatur, non [1] ut navis videatur tantum, ſed ut in ea poſſint homines navigare. [2] Vaſa item fiunt, non ut vaſa ſint ſolum, ſed ut capiant, quæ ſunt uſui neceſſaria. Sic & mundum Deus ad uſum aliquem fecerit neceſſe eſt. Stoici aiunt [3] hominum cauſa factum: & recte. Homines enim fruuntur his omnibus bonis, quæ mundus in ſe continet. Sed ipſi homines cur facti ſint, aut [4] quid in illis utilitatis habeat fabricatrix illa rerum providentia, non explicant. Immortales

ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. IV, 5.

1. *Ut navis videatur* tantum] *Tantum* agnoſcunt cum ipſo *Lactantio Taurin.* & *Bonon.* quod omittunt alii libri.

2. *Viſa* item *fiunt*] Media vox in editis recentioribus non viſitur. Vetuſtiores habent *vaſa* autem *fiunt*. At recte *Taurin.* Vide *Lactantium* Div. Inſtit. lib. VII. cap. IV, 6.

3. *Hominum cauſa factum*] Editt. adnectunt *eſſe*, quod nos cum *Taurin.* exulare juſſimus.

4. *Quid in illis utilitatis habeat fabricatrix illa rerum providentia, non explicant*] Nec explicat ipſe *Lactantius*, licet id aggreſſus ſit Inſt. Div. lib. VII. cap. 5. Hac in re ſapientior *Epicurus*, qui ſic ait; *Quæ utilitas Deo in homine, ut eum propter ſe faceret? — Quid Deo cultus hominis confert beato, & nullâ re indigenti?* Revera non *utilitas*, ex homine referenda, ſed *bonitas*, in hominem diffundenda, ratio fuit cur genus humanum fabricatus ſit benigniſſimus Creator. Vide *Jobi* XXII.

Digitized by Google

les eſſe animas idem Plato affirmat: ſed cur aut quomodo, aut quando, aut per quem immortalitatem aſſequantur, [5] aut quod ſit omnino tantum illud myſterium, cur ii, qui ſunt immortales futuri, prius mortales naſcantur, deinde decurſo [6] temporalis vitæ ſpatio, atque abjectis fragilium corporum exuviis, ad æternam illam beatitudinem transferantur, non comprehendit. Denique nec judicium Dei, nec diſcrimen juſti & injuſti explicavit: ſed animas, [7] quæ ſe ſceleribus immerſerint, hactenus condemnari putavit, [8] ut in

XXII, 2. XXXV, 7, 8.

5. *Aut quod ſit omnino tantum illud myſterium*] Vulgg. aut *quidnam tantum illud myſterium*. Nos autem MSti *Taurin.* ſcripturam repræſentamus; à quo *Bonon.* vix abiit, *quodnam*, non *quod*, exhibens.

6. Temporalis *vitæ*] Sic *Taurin.* ſic & *Iſæus* ex *Bonon.* ac *Cellarius* ex *Bodleian.* Licet autem emendatam hanc lectionem *Galleo* & *Sparkio* prodiderant libri, corruptam tamen illam *temporis vitæ* ſequi maluerunt. *Temporalem vitam* dixit *Lactantius* lib. VII. cap. V. 16. 24. & cap. XI. 1.

7. *Qui ſe ſceleribus immerſerint*] Ad partes ſæpè jam vocati ſunt *Galleus*, *Sparkius* & *Cellarius*; ac iterum ſunt vocandi: hic enim dederunt, *qui ſe ſceleribus immiſerint*. At *Iſæus* ex *Bonon.* veram lectionem jampridem vindicârat; quam firmat *Taurin.* ſimul ac Latine ſcribentium conſuetudo.

8. *Ut in pecudibus renaſcantur, & ita peccatorum ſuorum &c.*] Hanc animarum μετεμψυχώσεων aperte docet *Plato* in Timæo pagg.

in pecudibus renaſcantur, & ita peccatorum ſuorum luere pœnas, donec rurſus ad figuras hominum revertantur, & hoc fieri ſemper, nec eſſe finem tranſmeandi. [1] Ludum mihi neſcio quem inducit, ſomnio ſimilem, cui nec ratio ulla, nec Dei gubernatio, nec conſilium aliquod ineſſe videatur.

CAPUT LXX.

DICAM nunc [2] quæ ſit illa ſumma, quam ne ii quidem, qui vera dixerunt, collatis in unum [3] cauſis atque

1054. & 1078. In *Phædro* etiam, in *Phædone* & in X. *de Rep.* eandem ſententiam tuetur, ut oſtendit *Euſebius* Præp. Evang. lib. XIII. cap. 16. *Hierocles* tamen de Provid. p. 250. ſic loquitur. Ὅτι κατὰ Πλάτωνα, φησὶ, τὰς ἀνθρωπίνας μόνας ψυχὰς μετενσωματοῦσθαι, καὶ ταύτας οὐχ ἁπλῶς, ἐξ ἀνθρώπων δὲ μόνον εἰς ἀνθρώπους· ἐξ ἀλόγων δὲ ζώων εἰς ἀνθρώπους μετάβασιν, ἢ εἰς ἄλογα ἐξ ἀνθρώπων, οὐδαμῶς αὐτὸν φησι δοξάζειν. Sic & è Platonicis alii, qui Pythagoricæ μετεμψυχώσεως ἀτοπίαν probe cognoverunt. Sed eos claris & non inficiandis argumentis redarguit *Æneas Gazæus* in Theophraſto pag. 378. edit. Combefiſ. Vide *Minucium Felicem* Octav. cap. xxxiv.

1. *Ludum mihi neſcio quem inducit*] Pronomen *mihi* παρέλκειν hic videtur, quod apud probatiſſimos auctores interdum facit. Vide ſis, inter alios, *D. Lambinum* ad *Lucretii* lib. III. pag. 291. ac lib. V. p. 608.

2. *Quæ ſit illa* ſumma] Cl. *Pfaffius*, impreſſorum veterum fide, dedit *quæ ſit illa ſententia*. Sed lectionem, quam

que rationibus, connectere potuerunt. Factus à Deo mundus, ut homines naſcerentur: naſcuntur autem homines, ut Deum patrem agnoſcant, [4] in quo eſt ſapientia; agnoſcunt, ut colant, in quo eſt juſtitia; colunt, ut mercedem immortalitatis accipiant; accipiunt immortalitatem, [5] ut in æternum Deo ſerviant. Videſne, quemadmodum ſibi connexa ſint & prima cum mediis, & media cum extremis? [6] Inſpiciamus ſingula, & videamus utrumne illi [7] ratio ſubſiſtat. Fecit Deus mundum propter hominem.

quam recepimus, exhibet *Taurin.* eamque jamdudum ex *Bonon.* repræſentârat *Iſæus.* Ea vox *Lactantio* per eſt familiaris. Vide modo lib. VII. Div. Inſtit. capp. 6, 7.

3. *Cauſis atque rationibus*] Sic *Taurin.* nec aliter edidit *Iſæus.* Attamen *Galtæus, Sparkius,* & *Cellarius* habent, *cauſis atque* FICTIONIBUS; & abſurdam iſtam lectionem nè minima quidem animadverſione notandam cenſent.

4. *In quo eſt ſapientia; agnoſcunt*] Haſce voces egregio illi MSto *Taurin.* referimus acceptas; nec ſine iis conſtat ſententia. Exciderant autem ob ὁμοιοτέλευτον; quæ cauſſa multos in veterum libris hiatus procreavit.

5. *Ut in* æternum *Deo ſerviant*] *Taurin.* habet *æterno,* ſed perperam. Vide lib. VII. Div. Inſt. cap. VI, 1, 7. & cap. XXVI, 5, 7.

6. Inſpiciamus *ſingula & videamus*] Vulgg. *inſpiciantur.* At nos elegantiorem MSti *Taurin.* lectionem repræſentamus.

7. *Ratio ſubſiſtat. Fecit Deus*] Vulgg. *ratio* quoque *ſubſiſtat.*

Digitized by Google

nem. [1] Hoc qui non pervidet, non multum diſtat à pecude. Quis cœlum ſuſpicit niſi homo? quis ſolem? quis aſtra? quis [2] omnia Dei opera miratur, niſi homo? Quis colit terram? quis ex eâ fructum capit? Quis navigat mare? Quis piſces, quis volatilia, quis quadrupedes, habet in poteſtate niſi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit: quia [3] uſui hominis cuncta ceſſere. [4] Viderunt hoc philoſophi, ſed illud, quod ſequitur, non viderunt, quod ipſum hominem propter ſe fecerit. Erat enim

ſubſiſtat. Fecit ergò *Deus.* Nos quidem rurſus à *Taurin.* ſtamus: voces enim, quas omittit, erant ſuperfluæ.

1. *Hoc qui non* pervidet] Vulgg. *videt*; nos autem duce *Bonon.* quem ſecutus erat & *Iſæus*, ἐνεργεστέραν repoſuimus vocem.

2. Omnia *Dei opera*] Primam vocem ſuppeditavit *Taurin.* deſit enim in vulgatis.

3. *Uſui* hominis *cuncta ceſſêre*] Vulgg. *hominum*; ſed melior eſt MSti *Taurin.* lectio. Noſter Inſtit. Div. lib. VII. cap, IV, 2. *Stoici aiunt*, HOMINUM *causâ mundum eſſe fabricatum: quamquam in hoc ipſo non mediocriter peccant, quòd non* HOMINIS *cauſa dicunt, ſed* HOMINUM. *Unius enim ſingularis appellatio totum comprehendit humanum genus.* Hæc autem quamvis pura puta ſit σκιαμαχία, ſatis oſtendit, quæ, pro *Lactantii* mente, ſcriptura ſit præferenda.

4. *Vidérunt hoc philoſophi*] Vulgg. *rectè ergo hoc vidêrunt philoſophi.* Sed concinniore modo *Taurin.* quem nos exhibemus.

5. Tanta opera *molitus ſit*] Omnes editi repræſentant *tantam operam.* Sed cùm nullus ſcriptor idoneus tali ratione

enim conſequens, & pium, & neceſſarium, ut, quum hominis cauſa [5] tanta opera molitus ſit, quum tantum illi honoris, [6] tantum dederit poteſtatis, ut [7] dominetur in mundo, & [8] homo agnoſceret Deum, tantorum beneficiorum auctorem, qui [9] & ipſum fecit mundum propter ipſum, eique cultum & honorem debitum redderet. Hic Plato aberravit: hic perdidit, quam primùm arripuerat, veritatem, quum de cultu ejus Dei, quem [10] conditorem rerum ac parentem fatebatur, obticuit; nec intellexit

ratione ſit locutus, non erat cur MSti *Taurin.* lectione *Lactantium* defraudarem; is enim Codex noſtri manum dubio procul exhibet.

6. *Tantum dederit poteſtatis*] Sic *Taurin.* Vulgg. *tantum poteſtatis tribuerit*, quod eodem redit.

7. *Dominetur* in *mundo*] Antiquiſſimos MStos *Taurin.* & *Bonon.* ſequendos putavimus; iis enim debetur præpoſitio. Vulgg. *dominetur mundo*, quæ loquendi ratio æque eſt Latina.

8. *Homo agnoſceret* Deum] Sic optimè *Taurin.* non *Dominum*, ut perperam Vulgg. Contrà verò de Ira Dei cap. XIX, 6. in vulgg. eſt, *ſi eſt pater ac* DEUS *univerſorum*; ubi leg. DOMINUS. Ac ejuſdem libri cap. XXIII, 18. *Si patrem conſideres* —— *ſi* Deum *cogites*. Ocius repone, *Dominum*. Vide ſupra c. IV.

9. *Et ipſum*] Haſce voces MSto *Taurin.* referimus acceptas.

10. *Conditorem rerum ac parentem*] Reſpicit ad *Platonis* Timæum pag. 1047. ed. Wechel. ubi Deum *ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς* vocat.

 1. *Aomi-*

tellexit [1] hominem Deo pietatis vinculis eſſe religatum, unde ipſa religio nominatur, & [2] hoc eſſe ſolum, propter quod animæ immortales fiant. Senſit tamen æternas eſſe: ſed [3] non per gradus ad eam ſententiam deſcendit; amputatis enim mediis, incidit potius in veritatem, quaſi per abruptum aliquod præcipitium: nec ulterius progreſſus eſt, quoniam [4] caſu, non ratione, verum invenerat. Colendus eſt igitur Deus, ut per religionem, quæ eadem juſtitia eſt, accipiat homo

1. *Hominem Deo* pietatis *vinculis eſſe* religatum, *unde ipſa* religio *nominatur*] Sic optimè præſtantiſſimus *Taurin.* cùm abſurdè vulgg. dent *hominem Deo* POTESTATIS *vinculis eſſe religatum.* Quæ, enim, quæſo, ſunt *poteſtatis vincula?* vel, licet intelligi queant, quid huc faciunt? Editores in veram viam deducere poterat ipſe *Lactantius* lib. IV. Div. Inſt. cap. 28. *Hoc,* inquit, *vinculo* PIETATIS *obſtricti Deo & religati ſumus, unde ipſa religio nomen accepit.* De *religionis* Etymologia nè verbum quidem faciam. Si lubet, adi *Ciceronem* N. D. lib. II. cap. 28. *Agellium* N. A. IV. 9. & *Auguſtinum* C. D. lib. X. cap. 4. Voces autem *Pietatis* & *Poteſtatis* à librariis permixtas eſſe, patet ex iis quæ diximus ad Epitomes hujuſce cap. X.

2 *Hoc* eſſe *ſolum*] Sic *Taurin.* nec aliter ex *Bonon.* dedit *Iſaus.* Vulgg. *hoc* eſt *ſolum*; quod, licet minus probandum, *Gallaus, Sparkius* & *Cellarius* retinebant.

3. *Non* per gradus *ad eam ſententiam* deſcendit] *Cicero* de N. D. lib. I. cap. 32. *Quid*

mo à Deo immortalitatem, nec eſt ullum aliud præmium piæ mentis: quæ, ſi eſt inviſibilis, non poteſt ab inviſibili Deo, [5] niſi inviſibili mercede donari.

CAPUT LXXI.

PLURIMIS vero argumentis colligi poteſt æternas eſſe animas. [6] Plato ait, quod per ſeipſum ſemper movetur, neque principium motus habet, etiam

Quid opus erat te gradatim iſtuc pervenire? Quod autem eſt iſtuc *gradatim* (Leg. *iſtic gradatim*) *ſumpſiſſes tuo jure: nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te veniſſe* gradibus. *A ratione ad humanam figuram, quo modo accedis? Præcipitare iſtuc quidem eſt, non* deſcendere. Liceat, ὡς ἐν παρόδῳ, & alium *Tullii* locum corrigere. Reperitur is ejuſdem libri cap. 39. *At quàm* licenter? *Fluentium* frequenter *tranſitio fit viſionum, ut è multis una videatur. Elienſ.* unus; *Ad quam licentiam.* Omninò lege, *at* quâ licentia *fluentium* CONTINENTER *tranſitio fit viſionum, ut à multis* &c. nam poſteà rogat Cotta, *quomodo probas* continenter *imagines ferri?* Res mihi non dubia videtur.

4. *Caſu, non* ratione, *verum invenerat*] Vulgg. *caſu ad eam, non ratione pervenerat.* Sed meliorem lectionem dedit optimus ille *Taurin.*

5. *Niſi inviſibili*] A *Taurin.* exulant hæ voces; ſed eas neceſſario flagitat ipſe loci ſenſus.

 6. *Plato*

Digitized by Google

etiam finem non habere; animum autem hominis per ſe ſemper moveri, [1] qui, quia ſit ad cogitandum mobilis, ad inveniendum ſolers, ad percipiendum facilis, ad diſcendum capax, [2] & quia præterita teneat, præſentia comprehendat, futura proſpiciat, [3] multarumque rerum & artium ſcientiam complectatur, immortalem eſſe; ſiquidem nihil habeat in ſe terreni ponderis labe concretum. Præterea [4] ex virtute ac voluptate intelligitur æternitas animæ. Voluptas [5] omnibus eſt com-

6. *Plato ait, quod per ſeipſum* &c.] In *Phædro* pag. 1221. *Platonis* verba Latine reddidit *Cicero* Tuſc. lib. I, cap. 23.

1. Qui, *quia ſit ad cogitandum — immortalem eſſe*] In vulgatis deeſt vox prima, pro quâ legendum *quem*, prout ipſa docet conſtructio. Has autem *Platonis* ratiocinationes noſtro ſuppeditavit *Cicero* Tuſc. lib. I. cap. 25. ſeqq. de Senect. cap. XXI. & in Somn. Scip. cap. 8.

2. Et quia *præterita teneat*] Ita *Taurin.* & optimè quidem. Vulgg. *ut qui præterita teneat* &c. Hæc autem ferè verba ſunt *Ciceronis* in *Conſolatione*, quæ nobis ipſe ſervavit Tuſc. lib. I. cap. 27. ut & *noſter* de Ira Dei cap. X, 45.

3. *Multarumque* rerum *& artium ſcientiam complectatur*] Hæc ſana quidem; & ex *Inſtitutionibus Divinis* gravi vitio tollendo, quod fugit Interpretes, opem ferunt. Sic igitur noſter lib. VII. cap. VIII, 5. *Memoria præteritorum, & providentia futurorum, & artium* plerumque *innumerabilium ſcientia — divina & cæleſtis appareat.* Omnino reponendum,

communis animalibus, virtus ſolius eſt hominis; illa vitioſa eſt, hæc honeſta; illa ſecundum naturam, hæc adverſa naturæ, niſi anima immortalis eſt. Virtus enim [6] pro fide, pro juſtitia, nec egeſtatem timet, nec exilium metuit, nec carcerem perhorreſcit, nec dolorem reformidat, nec mortem recuſat; [7] quæ quia naturæ contraria ſunt, aut ſtultitia eſt virtus, ſi & commoda impedit & vitæ nocet: aut ſi ſtultitia non eſt, ergo anima immortalis eſt, & ideo præſentia bona contemnit, quia

dum, *& artium* RERUMQUE *innumerabilium ſcientia.* Nihil mihi certius videtur.

4. *Ex virtute* ac *voluptate*] Vulgg. *ex virtute* an *voluptate*; quod quidem mendum tam craſſum fuit, ut ipſe *Sparkius* eum ſcribendi modum, quem nos ex *Taurin.* damus, *forſan rectiorem* fore pronunciârit.

5. Omnibus *eſt communis animalibus*] *Gallaus*, *Sparkius* & *Cellarius* ediderunt, *omnis communis animalibus.* Inconcinnè quidem & invenuſtè. *Joſ.* verò *Iſaum* ſequi debebant, qui ex *Bonon.* repræſentarat, *omnibus communis animalibus.* Sic & *Taurin.* addito præterea verbo ſubſtantivo.

6. *Pro fide, pro juſtitia*] Sic libri tam typis impreſſi, quàm manu deſcripti; nec infrequens eſt apud optimos auctores ἀσύνδετον. Non igitur erat, cur Cl. *Pfaffius* particulam *copulantem* intruderet.

7. *Quæ quia* naturæ *contraria ſunt*] Sic edidit *Iſæus*, & ita MS. *Taurin.* Veteres impreſſi ſenſum vitiant, cum dent: *quæ quia* naturâ *contraria ſunt.* Hos tamen ſequi maluit *Chr. Cellarius*, quam veritati manus dare.

1. *Poſt*

quia ſunt alia potiora, quæ [1] poſt diſſolutionem corporis ſui aſſequatur. [2] Illud etiam maximum argumentum immortalitatis, quod Deum ſolus homo agnoſcit. In mutis nulla ſuſpicio religionis eſt, [3] quia terrena ſunt, in terramque proſtrata. Homo ideo rectus aſpicit coelum, ut Deum quærat. [4] Non poteſt igitur non eſſe immortalis; qui immortalitatem deſiderat. Non poteſt eſſe ſolubilis, qui cum Deo & vultu & mente communis eſt.

1. *Poſt diſſolutionem corporis* ſui] Pronomen *ſui* hoc in loco ſupervacuum reor, nec in MSto *Bonon.* comparet. Deleatur igitur, ut & ab aliis factum video.

2. *Illud* etiam *maximum argumentum immortalitatis*] *Bonon.* habet, *illud* autem *maximum argumentum immortalitatis* EST. Non incommodè quidem. Hoc verò argumentum deſumſit noſter ex *Ciceronis* lib. I. de Legg. cap. 8. Vide lib. VII. Div. Inſt. cap. IX, 10. & de Ira Dei cap. VII, 6. Adi & *Minucium Felicem* Octav. cap. XVII.

3. *Quia terrena ſunt, in terramque proſtrata*] Sic egregiè *Taurin.* veteres enim editi ſolum dant, *quia terrena proſpiciunt*. *Iſaus* autem, ſuorum Codicum fide, *quia terrena proſtrata jacent*, quo ſane modo mutila prorſus & imperfecta eſt oratio. Forſan tamen ex hac noſtraque lectione reſcribi poſſit, *quia terrena* ſunt, in terramque *proſtrata* JACENT.

4. Non *poteſt igitur non eſſe immortalis, qui* immortalitatem *deſiderat*] Ita quidem *Taurin.* At *Bonon.* exhibet, AN *poteſt igitur non eſſe immortalis, qui* IMMORTALEM *deſiderat?* In eo, quemadmodum mihi videtur, præſtantior eſt ille Codex

Digitized by Google

eſt. Denique cœleſti elemento, quod eſt ignis, homo ſolus utitur. Si enim lux per ignem, vita per lucem; apparet eum, [5] qui uſum ignis habeat, non eſſe mortalem; quoniam [6] id illi proximum, id familiare eſt, ſine quo non poteſt nec lux nec vita conſtare. Sed quid argumentis colligimus æternas eſſe animas, quum habeamus teſtimonia divina? Id enim ſacræ literæ ac voces Prophetarum docent. [7] Quod ſi cui parum videtur, legat carmina

dex, quòd *immortalem*, non *immortalitatem*, repræſentet. Sic enim noſter Inſt. Div. lib. VII. cap. IX, 12. *Apparet animam non interire neque diſſolvi, ſed manere in ſempiternum, quia Deum,* QUI SEMPITERNUS EST, *& quærit & diligit.* Viciſſim noſter ab illo Codice fert palmam, quòd habeat, NON *poteſt igitur non eſſe immortalis,* diſpuncta prorſus interrogationis notâ; ſequitur enim, NON *poteſt eſſe ſolubilis,* quod apertè MSti *Taurin.* lectionem firmat.

5. *Qui uſum ignis habeat*] Vulgg. *habet.* Sed nos MStum *Taurin.* ſequimur. Leg. tamen, *quia uſum ignis habeat.* Hoc autem ratiocinio, licet ineptum omninò ſit & inſubidum, uſus erat *Lactantius* Inſt. Divin. lib. VII. cap. IX, 13.

6. *Id illi* proximum, *id familiare eſt*] Cum paullò ante dixerat noſter. *cœleſti elemento, quod eſt ignis, homo* ſolus *utitur*; ſuſpicari quis poſſit reſcribendum, *id illi* PROPRIUM, *id familiare eſt.* At hanc conjecturam prorſus evertit noſter lib. VII. cap. IX, 10. illic enim *proximum* & *familiare* pari ratione conjunxit.

7. *Quod ſi cui parum* videtur] Vulgg. *videatur.* Alteram verò lectionem præſtant *Taurin.* & *Bonon.*

1. A-

Digitized by Google

mina Sibyllarum, [1] Apollinis quoque Mileſii reſponſa conſideret; ut intelligat deliraſſe Democritum, & Epicurum, & Dicæarchum, qui [2] ſoli omnium mortalium, quod eſt evidens, negaverunt.

CAPUT LXXII.

CONFIRMATA immortalitate, ſupereſt docere, [3] à quo, & quibus, & quomodo, & quando tribuatur? Quum

1. *Apollinis quoque Mileſii* reſponſa *conſideret*] Hanc in rem plura ferri poterant Apollinis Mileſii reſponſa; ſed unum ſolummodo memorat noſter Inſt. Div. lib. VII. c. XIII, 5. Verſus ejus tertius ita ſcribendus videtur:

Ἡνίκα δ' ἀνάλυσιν ΒΡΟΤΕ'ΩΝ μετὰ σῶμα μαρανθὲν
Ὠκίστην εὕρηται.

Ἀνάλυσιν enim βροτέην, quod ferunt vulgati, non intelligo. Carmina verò Sibyllarum huc pertinentia reperias licet apud noſtrum lib. VII. cap. 20.

2. *Soli omnium* mortalium] Ultimam vocem neſcit *Taurin.* nec eam poſtulat oratio.

3. A quo, *& quibus, & quomodo, & quando* tribuatur] Editi tantum dant, *à quo ei tribuatur.* Sed omninò vera eſt, quam repræſentamus, MSti *Taurin.* lectio. Hæc enim omnia præſtat noſter Epitomes hujuſce c. 73, 74.

4. *Interitum & conſummationem fieri*] Vulgg. *& interitum & conſummationem* RERUM *fieri.* Nos verò MStum *Taurin.* κατὰ πόδας exhibemus; nam pari ſanè modo *conſummationem* abſolutè

Digitized by Google

Quum certa & conſtituta divinitus tempora compleri cœperint, [4] interitum & conſummationem fieri neceſſe eſt, ut innovetur à Deo mundus. [5] Id vero tempus in proximo eſt, quantum de numero annorum, deque ſignis, [6] quæ prædicta ſunt à Prophetis, colligi poteſt. Sed [7] quum ſint innumerabilia, quæ de fine ſæculi, & [8] concluſione temporum dicta ſunt, [9] ea ipſa quæ dicuntur, nuda ponenda ſunt, quoniam, ut teſtimoniis utamur, immenſum eſt. Si quis illa deſiderat,

rat,

lutè poſuit noſter Inſt. Div. lib. VII. cap. XIV, 6, 15.

5. *Id vero* tempus *in proximo eſt*] Sic eleganter *Taurin.* & ex *Bonon.* ità dederat *Iſæus. Gallæus* tamen, *Sparkius* & *Cellarius* vitiatos codices ſequi maluêrunt, in quibus eſt, *id verò* tempore *in proximo eſt.*

6. *Quæ* prædicta *ſunt*] *Taurin.* habet *prædicata.*

7. *Quum* ſint *innumerabilia*] Media vox à *Taurin.* abeſt. Eum Codicem ſi ſequamur, totus locus, pronomine ſimul deleto, ſic eſt legendus: *Quum innumerabilia de fine ſeculi & concluſione temporum dicta ſunt.* Alioqui vulgata ſcribendi ratio non eſt incommoda.

8. Concluſione *temporum*] Vulgg. *conſummatione temporum.* Sed cùm *Taurin.* & *Bonon.* alteram lectionem repræſentent, & omnium vetuſtiſſimi ſint Codices, eorum fide nixi ſumus. Vide lib. VII. Div. Inſt. cap. XIV, 17. & cap. XVII, 1.

9. *Ea ipſa quæ* dicuntur] Lege *dicentur,* tempore futuro; reſpicit enim ad ea, quæ capp. LXXIII, & LXXIV, dicturus eſt.

1. *Adeat*

Digitized by Google

rat, aut nobis minus credit, [1] adeat ad ipſum ſacrarium cœleſtium litterarum; quarum fide inſtructus erraſſe philoſophos ſentiat, qui [2] aut æternum eſſe hunc mundum, aut infinita eſſe annorum millia putaverunt, ex quo fuerit inſtructus. Nondum enim ſex millia completa ſunt; [3] quo numero conſummato, tunc demum malum omne tolletur, ut regnet ſola juſtitia. Quod quatenus eventurum ſit, paucis explicabo.

CAPUT LXXIII.

HÆC autem [4] à Prophetis, ſed ut vatibus, futura dicuntur. Quum cœperit

1. *Adeat ad* ipſum *ſacrarium cœleſtium litterarum, quarum fide* inſtructus] Vulgg. *ipſum* prætermittunt, & in iis præterea legitur *inſtructior*; ut vero ab iis recederemus, auctor fuit optimus ille *Taurin*.

2. *Aut æternum eſſe hunc mundum, aut infinita eſſe annorum millia*] Sic ſtatuerunt *Plato* & alii, à Chaldæis, ut noſtro videtur, decepti. Vide lib. VII. Div. Inſt. c. 14.

3. *Quo numero conſummato*] Mundum per ſola ſex annorum millia duraturum fuiſſe, definita fuit multorum veterum ſententia, quibus præivit *Barnabas* & *Judæorum* nonnulli. Vide *J. B. Cotelerium* ad illius Epiſt. cap. XV.

4. *A prophetis*, ſed ut *vatibus*] Alii commodius, *&* *à vatibus*. Sed minima mutatione

cœperit mundo finis ultimus propinquare, malitia invaleſcet, omnia vitiorum & fraudum genera crebreſcent; juſtitia interibit; fides, pax, miſericordia, pudor, veritas non erit; vis & audacia prævalebit; nemo quicquam habebit [5] niſi manu partum, manuque defenſum. Si qui erunt boni, prædæ ac ludibrio habebuntur. Nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo infantis aut ſenis miſerebitur, [6] avaritia & libido univerſa corrumpet. Erunt cædes & ſanguinis effuſiones. Erunt bella non modo externa & finitima, verum etiam inteſtina. Civitates inter ſe belligerabunt, [7] omnis ſexus & omnis ætas arma tractabit. Non imperii dignitas

tatione leg. *ſed & vatibus*, ut quam proximè lectioni Codicis *Taurin.* accedas. *Prophetas* noſter vocat, homines Dei ſpiritu donatos; *vates* autem eos, qui Dæmonum inſtinctu futura prædicebant. Vide lib. VII. Div. Inſt. cap. XIV, 17. XVIII, 1. XXIII, 5.

5. *Niſi manu partum, manuque defenſum*] Editi omnes præ ſe ferunt, *niſi* malè *partum*. Sed cum MS. *Taurin.* det *manu partum*, iſta lectio mihi ſe continuo probavit. Confirmat noſter Inſt. Div. lib. VII. cap. XV, 9. *Nihil quiſquam hunc habebit, niſi aut quæſitum aut defenſum* MANU. Id autem *manu* dicitur *partum*, quod vi, nulloque habito ad jus faſve reſpectu quæritur.

6. *Avaritia & libido*] Particula copulans MSto *Taurin.* debetur.

7. Om-

nitas conſervabitur, non militiæ diſciplina; ſed more latrocinii [1] deprædatio & vaſtitas fiet. Regnum multiplicabitur, & decem viri [2] occupabunt orbem, & partientur, & vorabunt; & exiſtet alius longe potentior ac nequior, [3] qui, tribus ex eo numero deletis, Aſiam poſſidebit; [4] & cæteris in poteſtatem ſuam redactis & adſcitis vexabit omnem terram. Novas leges ſtatuet, veteres abrogabit; rempublicam

7. *Omnis ſexus & omnis ætas arma* tractabit] Vulgg. *tractabunt*, quod ab iis invectum, qui Latinorum ſcriptorum conſuetudinem neſcierunt. Sic paullò ante: *Vis & audacia* prævalebit; ac alibi ſexcenties. Nos igitur lectionem MSti *Taurin.* admittere non dubitavimus.

1. *Deprædatio &* vaſtitas *fiet*] Sic *Taurin.* & ex *Bonon. Iſæus.* In vulgatis eſt *vaſtatio*; quod eodem quidem redit; ſed audiendi ſunt vetuſtiſſimi MSti.

2. *Occupabunt orbem* & *partientur* &, vorabunt; & *exiſtet alius*] Ex *Taurin.* diſtinguendum legendumque puto, *occupabunt orbem, partientur*, devorabunt. *Exiſtet alius.* Ἀσυνδέτως; & ita ſolent boni Scriptores. *Alius* præterea non exſtat in vulgatis. Vide *Irenæum* lib. V. cap. 25.

3. *Qui, tribus ex eo numero deletis*, Aſiam *poſſidebit*] Voces *ex eo numero* deleverat *Iſæus*, MSti *Bonon.* fide nixus, nec habuêre recentiores. Eas verò reſtituit juſſit optimus *Taurin.* At ex eo Codice Cl. *Pfaffius*, non *Aſiam*, ſed *aliam* dederat. Nos autem libros vulgatos hic ſecuti ſumus. Audi *Lactantium* Div. Inſt. lib. VII. cap. XVII. 3. *Tribus ex eo numero deletis, qui tunc Aſiam obtinebunt.* Qui locus utramque diſertim firmat emendationem.

4. *Et*

Digitized by Google

publicam ſuam faciet; nomen imperii ſedemque mutabit. Tunc erit tempus infandum & execrabile, [5] quo nemini libeat vivere. Denique in eum ſtatum res cadet, [6] ut vivos lamentatio, mortuos gratulatio ſequatur. Civitates & oppida interibunt, modo ferro, modo igni, modo terræ motibus crebris, modo aquarum inundatione, modo peſtilentiâ & fame. Terra nihil feret, aut

4. *Et cæteris in poteſtatem* ſuam *redactis & adſcitis,* vexabit *omnem terram*] Vulgg. *cæteris in* poteſtate ſua *redactis &* abſciſſis, vorabit *omnem terram.* Sed omninò rectè MS. *Taurin.* ut fidem dabit ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. XVI, 3. ADSUMETUR *in ſocietatem à cæteris, ac princeps omnium conſtituetur. Hic inſuſtentabili dominatione* VEXABIT *orbem* &c. Adi ſis & *Irenæum* lib. V. cap. 26.

5. *Quo nemini libeat vivere*] Haſce voces neſcit *Taurin.* & eas exulare debere cenſeo. *Lactantius* quidem lib. VII. cap. XVI, 5. ait: *Tum verò deteſtabile atque abominandum tempus exiſtet, quo nulli hominum ſit vita jucunda.* Et ultima quidem iſtius ῥήσεως pars videri poſſit, hæc, quæ delenda puto, verba defendere. Sed hoc intereſt, quòd in Epitomâ ſtatim narretur, rem ita caſuram, *ut vivos lamentatio, mortuos gratulatio ſequatur;* & hoc *nemini tum libere vivere* ſatis ſuperque monſtret. At in *Inſtitutionibus Divinis* locum à me laudatum nihil excipit hujuſmodi.

6. *Ut vivos lamentatio*] Veteres editi, quos ſecutus eſt Cl. *Pfaffius*, exhibent, *ut* omnes *vivos lamentatio — ſequatur.* Sed illâ voce carent *Taurin.* & *Bonon.* nec eſt orationi neceſſaria; quapropter

aut [1] frigoribus nimiis, aut caloribus ſterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem, partim amaritudine vitiabitur; ut nihil ſit nec ad cibos utile, nec ad potum ſalubre. His malis [2] accedent etiam prodigia de cœlo, ne quid deſit hominibus ad timorem. Cometæ crebro apparebunt. [3] Sol perpetuo pallore fuſcabitur. [4] Luna ſanguine inficietur, nec amiſſæ lucis damna reparabit. Stellæ omnes decident, nec temporibus ſua ratio

propter eam furcillis ejecimus.

1. Frigoribus *nimiis*] Sic *Taurin.* pro vulgatorum Codicum *rigoribus*. *Lactantius* Divin. Inſtit. lib. VII. cap. XVI, 6. *Aër enim vitiabitur, & corruptus ac peſtilens fiet: modo* (Leg. *& modo*; quæ ſequuntur enim ad famem ſpectant; ad morbos verò, quæ præcedunt) *importunis imbribus, modò inutili ſiccitate, nunc* FRIGORIBUS, *nunc æſtibus nimiis, nec terra homini dabit fructum, nec ſeges quidquam—feret*. Alioqui *rigor* eſt frigus vehemens. Vide *Arnobium* lib. VI. p. 205. & noſtrum Inſt. Div. lib. II. cap. VIII, 62.

2. *Accedent* etiam *prodigia* de cœlo, nè quid deſit *hominibus ad timorem*] Vulgg. *accedent prodigia hominibus ad timorem*; ſex vocibus perperam neglectis, quas nobis ſuppeditavit eximius ille Codex *Taurin.*

3. *Sol perpetuo* pallore *fuſcabitur*] Vulgg. *ſqualore*; ſed veram ſcribendi rationem demonſtravit præſtantiſſimus *Taurin.* *Plinius* H. N. lib. II. cap. 80. *Fiunt prodigioſi & longiores Solis defectus — totius pæne anni* PALLORE *continuo*. Et hunc pallorem τὸ περὶ τὸν Ἥλιον ἀμαύρωμα τῆς αὐγῆς vocat *Plutarchus* in Cæſ. p. 741.

4. *Luna ſanguine inficietur*]. Multum abeunt vulgati,

tio conſtabit, hyeme atque æſtate confuſis. Tunc & annus, & menſis, & dies breviabitur. Et hanc eſſe [5] mundi ſenectutem ac defectionem Triſmegiſtus elocutus eſt. [6] Quæ cùm evenerint, adeſſe tempus ſciendum eſt, quo Deus ad commutandum ſæculum revertatur. Inter hæc autem malæ ſurget Rex impius, non modo generi hominum, ſed etiam Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyranni conteret, cruciabit, vexabit, interimet. [7] Tunc erunt

gati, qui dant, *Lunam color ſanguinis obumbrabit.* Retinent nempe Gloſſema, quo veram lectionem Scholiaſtes aliquis explicare voluit. Eam nos MSto *Taurin.* ferimus acceptam.

5. *Mundi ſenectutem*] Vide ſis Aſclepium ab *Apuleio* verſum pag. 91.

6. *Quæ cum evenerint*] Sic optimè *Taurin.* cum vulgati male dent *quæ cum venerit:* ſunt enim *Hermetis* verba, nec ad mundi ſenectutem, ſed ad diras illas calamitates jam ante memoratas referuntur. *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. 18. *Hermes poſt enumerationem malorum, de quibus diximus, ſubjecit hæc:* Ἐπὰν δὴ ταῦτα γένηται, ὦ Ἀσκληπιὲ, τότε ὁ Κύριος καὶ πατὴρ καὶ Θεὸς, καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς (Leg. credo καὶ τοῦ πρωτογενοῦς) Θεοῦ δημιουργὸς, τὴν κακίαν ἐκκαθήρας, τῇ μὲν ὕδατι πολλῷ καταλύσας, (omnino leg. κατακλύσας,) τῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ διακαύσας, ἐνίοτε δὲ πολέμοις καὶ λοιμοῖς ἐκπιέσας, ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀποκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον. Reſcribas velim, ἀνάξει ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἀποκαταστήσει τὸν ἑαυτοῦ κόσμον. Vide ſis *Apuleii* Aſclepium pag. 92.

7. *Tunc erunt lachrymæ juges*] Hæc eſt optima MSti *Taurin.* lectio; nam vulgg. *tunc*

Digitized by Google

erunt lachrymæ juges, luctus & gemitus perpetes, & ad Deum caſſæ preces: [1] nulla requies à formidine, nec ſomnus ad requiem. Dies cladem, [2] nox metum ſemper augebit. Sic orbis terrarum pene ad ſolitudinem, [3] certe ad raritatem hominum redigetur. Tunc & impius juſtos homines, ac dicatos Deo [4] duobus & quadraginta menſibus perſequetur, & ſe coli jubebit ut Deum. [5] Se enim dicet

tunc etiam lachryma, ultima voce prætermiſſa.

1. *Nulla requies* à formidine, *nec ſomnus ad* requiem] Vulgg. *Nulla requies* ad formidinem, *nec*, vel *aut*, *ſomnus ad* quietem. Aſt opem tulit præſtantiſſimus ille *Taurin.* & loco ſanitatem reddidit. *Lactantius* Divin. Inſtit. lib. VII. cap. XVI, 12. *Nec nox quidem requiem timori dabit, nec ad oculos ſomnus accedet.* Leg. *nè nox quidem* &c.

2. *Nox* metum] Vulgg. *metus*; at MS. *Taurin.* habet *tecum*; unde Cl. *Pfaffius* lectionem noſtram *εὐστόχως*, ut videtur, eruit.

3. *Certè ad raritatem*] Haſce voces MSto *Taurin.* debemus, eas enim prætermittunt vulgati.

4. *Duobus & quadraginta menſibus*] Hæc ex vulgatis libris adjecimus; à Cl. enim *Pfaffio* prorſus omittuntur; quod an incuriâ contigerit, an MSti ſui fide factum ſit, neſcio. Utcunque ſit, omnino fuêre reſtituenda. Noſter Inſtit. Div. lib. VII. cap. XVII, 8. *Dabitur ei deſolare orbem terra menſibus quadraginta duobus.* Paullò antè *deditos Deo*, non *dicatos*, exhibent *Gallaus*, *Sparkius* & *Cellarius*; ſed alteram ſcripturam recipi jubent *Bonon.* & *Taurin.* Sic *Prophetam devotum ac dicatum Deo* dixit *Cyprianus* de Demetr. p. 188. Vide & p. 190. de zelo & Livor.

cet eſſe Chriſtum, cujus erit adverſarius. [6] Ut credi ea poſſint, accipiet poteſtatem mirabilia faciendi, [7] ut ignis deſcendat à cœlo, ut ſol reſiſtat à curſu ſuo, ut imago, quam poſuerit, loquatur. Quibus prodigiis [8] illiciet multos, ut adorent eum, ſignumque ejus in manu aut fronte ſuſcipiant. Et qui non adoraverit, ſignumque ſuſceperit, exquiſitis cruciatibus morietur. [9] Ita fere duas partes exterminabit

vor. p. 223. Epiſt. LXII. p. 146. & LXXVI. pag. 231.

5. *Se enim dicet eſſe Chriſtum, cujus erit adverſarius*] Sic optimè MS. *Taurin.* At ei bonitate proximus *Bonon.* habet: *ſe enim dicet eſſe* Deum, cum ſit Antichriſtus, qui ut *erit adverſarius*; & illam lectionem ſequuntur recentiores. At ea tam ſcribæ vitiis quam Gloſſemate fœdatur. Librarius enim *Deum* non rectè poſuit, cùm *Chriſtum* dare debuerit. Dein in locum *cujus*, facili lapſu, *qui ut* ſucceſſit. At verba, *Cum ſit Antichriſtus*, oræ Codicis adlita, quò *Chriſti adverſarius* explicaretur, in orationis ſeriem irrepſerunt.

6. *Ut credi ea poſſint*] *Bonon.* cum vulgatis: *& ut credi* ei poſſit. Lege, *Ut credi ei poſſit*, nempe ſe eſſe Chriſtum.

7. *Ut ignis deſcendat à cœlo, ut ſol* reſiſtat *à curſu* ſuo] Malim *de cœlo*, prout habent vulgg. at iidem in ſequentibus perperam dant, *ut ſol* deſiſtat *à curſu*; nam pronomen à *Taurin.* ſuppeditatum poſtulat oratio. *Lactantius* Inſt. Div. lib. VII. cap. XVII, 5. *Jubebit ignem deſcendere* De *cœlo*, *& Solem à* ſuis *curſibus ſtare.*

8. Illiciet *multos*] Vulgg. *alliciet*, quod firmat ipſe *Lactantius* Inſt. Div. lib. VII. cap. XVII, 5. Sed nihil intereſt, hoc an illo modo legas.

minabit, tertia in deſertas ſolitudines fugiet. [1] Sed ille vecors, ira implacabili furens, adducet exercitum, & obſidebit montem, quo juſti confugerint. Qui quum ſe viderint circumſeſſos, implorabunt auxilium Dei voce magnâ, [2] & exaudiet eos, & mittet eis liberatorem.

CAPUT LXXIV.

TUNC coelum [3] intempeſta nocte patefiet,

9. *Ita fere duas partes* exterminabit] An igitur voluit *noſter*, à Tyranno illo teterrimo duas hominum partes *in exilium mittendas* eſſe? nam hæc eſt *exterminandi* poteſtas, cum de viris dicatur. Certè truculentius quiddam & crudelius in animo habuit; putavit enim futurum, ut *duas* haſce *partes* Rex iſte nefandiſſimus trucidaret, deleret, ac funditus tolleret. Forſan erga reponendum, *duas partes* EXTIRPABIT. Sic *malitia ſua teſtes extirpare funditus* dixit *Lactantius* Div. Inſt. lib. V. c. IX, 9. Vulgatæ tamen lectioni favet ejuſdem libri c. I, 6.

1. *Sed ille* vecors, ira *implacabili furens*] Attende ſis, quâ negligentiâ fuerint editores nuperi. Veteres impreſſi ferebant. *ſed ille* protervia *implacabili furens*. Quod cum manifeſtò fuit vitioſum, *Joſ. Iſaus* ex *Bonon.* rectè dedit, *ſed ille* vecors, ira *implacabili furens*; eamque lectionem ratam facit MSti *Taurin.* auctoritas. *Gallaus* tamen, *Sparkius*, & *Cellarius* repræſentant, *ſed ille* vecors, protervia *implacabili furens*, adeoque ab exemplaribus & excuſis & manu deſcriptis recedunt, nec non ipſum temerant *Lactantium*.

2. *Et* exaudiet *eos*] Vulgg. *&* audiet *eos Deus*, cùm tamen

teſiet, & deſcendet Chriſtus in virtute magnâ, [4] & anteibit eum claritas ignea, & [5] vis inæſtimabilis Angelorum; & extinguetur omnis illa multitudo impiorum, & torrentes ſanguinis current; [6] & ipſe ductor effugiet, atque exercitu ſæpe reparato, quartum prælium faciet, quo captus [7] cum cæteris omnibus tyrannis, tradetur exuſtioni. Sed & ipſe dæmonum princeps, auctor & machinator malorum, [8] catenis alligatus, cuſtodiæ dabitur; ut pacem mundus accipiat;

men *Iſæus* ex *Bonon.* jamdudum repræſentârat *& exaudiet eos Deus.* Optimè quidem, ut videtur; ultimam enim vocem in *Taurin.* malè prætermiſſam cenſeo. At is benè dat, *& mittet eis liberatorem*; non *immittet*, ut vulgg. perperam. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. VII. cap. XIX, 2. & Epitomes hujuſce cap. LXXV.

3. Intempeſta nocte] Sic rectè vulgg. nam Cl. *Pfaffius* ex *Taurin.* dederat, *in tempeſtate.* Noſter Inſt. Div. lib. VII. cap. XIX, 2. *Tunc aperietur cœlum medium intempeſta & tenebroſa nocte.*

4. *Et* anteibit *eum*] Vulgg. *antecedet.* Sed altera lectio, propter antiquitatem *Bonon.* & *Taurin.* quibus nititur, præferenda.

5. Vis *ineſtimabilis angelorum*] Sic *Taurin.* & hæc melior eſt lectio, quàm *virtus* Codicum vulgatorum.

6. Et *ipſe ductor effugiet*] Reſcribendum videtur *at* *ipſe ductor* &c.

7. *Cum cæteris* omnibus *Tyrannis*] Vulgg. *cum cæteris Tyrannis. Bonon.* vero *cum omnibus Tyrannis.* Utramque lectionem conjunxit *Taurin.* & merito quidem. Vide nos ad *Minucii Felicis* cap. 5. Pari modo *univerſos omnes* dixit *Agellius* N A. lib.

Digitized by Google

at, & [1] vexata tot ſæculis terra requieſcat. Pace igitur parta, compreſſoque omni malo, Rex ille juſtus & victor, judicium magnum de vivis & mortuis faciet ſuper terram; & viventibus quidem juſtis tradet [2] in ſervitium gentes univerſas, mortuos autem ad æternam vitam ſuſcitabit, & in terrâ cum iis ipſe regnabit, & condet ſanctam civitatem, & [3] erit hoc regnum juſtorum mille annis. Per idem tempus ſtellæ candidiores erunt, & [4] claritas ſolis augebitur, & luna non patietur diminutionem. Tunc deſcendet à Deo

A. lib. XIX. cap. 12. & *Cyprianus* Ep. XXII. p. 48.

8. *Catenis alligatus*] Vulg. *catenis* igneis *alligatus.* At ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. XXIV, 5. habet duntaxat: *Sub idem tempus etiam princeps Dæmonum, qui eſt machinator omnium malorum,* CATENIS *vincietur.* Cum igitur nec alibi *noſter,* nec hoc in loco MS. *Taurin.* vocem *igneis* agnoſcat, nos eam delevimus.

1. *Vexata* tot *ſæculis terra*] Antepenultimam vocem præfermiſit Cl. *Pfaffius,* quam, ut opinor, neſcit MS. *Taurin.* At cum in *Bonon.* compareat, & aliter manca ſit oratio, nos incunctanter eam revocavimus, præeunte *Lactantio* Div. Inſt. lib. VII. cap. XIX, 8.

2. *In* ſervitium] Ita *Taurin.* Vulgg. *ſervitutem.* Nihil refert.

3. *Erit* hoc *regnum*] Mediam vocem MSto *Taurin.* debemus, & ea minimè quidem ſuperflua videtur; ſiquidem pro mente *Lactantii* duo fuêre juſtorum regna, millenarium in terris, rin

à Deo pluvia benedictionis matutina & veſpertina: & [5] omnem frugem terra ſine labore hominum procreabit. Stillabunt mella de rupibus; lactis & vini fontes exuberabunt; Beſtiæ depoſitâ feritate manſueſcent; lupus inter pecudes errabit innoxius, vitulus cum leone paſcetur; columba cum accipitre congregabitur; ſerpens virus non habebit; nullum animal vivet ex ſanguine: omnibus enim Deus [6] copioſum atque innocentem victum miniſtrabit. Peractis vero mille annis, ac reſoluto dæmonum principe, rebel-

in cœlis autem ſempiternum. Hæc ſententia de terreno Chriſti per annos mille regno fautores habuit *Juſtinum* Martyrem, *Irenæum*, *Tertullianum*, *Commodianum* & alios, quibus auctor fuit *Papias* Hierapolitanus, parvi vir ingenii. Vide *Euſebium* H. E. lib. III. cap. 39.

4. *Claritas Solis augebitur, & Luna non patietur diminutionem*] Ad alienum ſenſum detorſit *Iſaiæ* LX, 20. Quin & tam referta fabulis eſt tota, quæ ſequitur, quæque præcedit, narratio; ut Prophetarum, Evangeliſtarum, D. *Pauli*, nec non Apocalypſeωs loca, pro Chiliaſtarum mente deflexa & perperam accepta, non indicârim, nè ſomniis anilibus pondus addere velle videar.

5. *Omnem frugem terra — ſerpens virus non habebit*] Prophetica malè intellecta cum Poëticis de aureâ ætate figmentis improvidè miſcet *Firmianus* noſter. Vide *Iſaiæ* XI, 6, 7. LXV, 25. *Virgilium* Eclog. IV.

Digitized by Google

rebellabunt gentes adverſus juſtos, & veniet innumerabilis multitudo [1] ad expugnandam ſanctorum civitatem. Tunc fiet ultimum judicium Dei adverſus gentes. Concutiet enim à fundamentis ſuis terram; & corruent civitates, & pluet ſuper impios ignem cum ſulphure & grandine, & ardebunt, & ſe invicem trucidabunt. Juſti vero ſub terra pauliſper latebunt, donec perditio gentium fiat, & exibunt poſt diem tertium, & videbunt campos cadaveribus opertos. [2] Tunc fiet

IV, 21, ſeqq. Georg. I, 125. ſeqq. nè *Ovidium*, alioſque plures memorem.

6. *Copioſum victum* miniſtrabit] Vulgg. *dabit*; eodem quidem ſenſu. Sed fidem merentur optimi Codices *Bonon.* & *Taurin.*

1. *Ad expugnandam ſanctorum* civitatem. Tunc fiet ultimum judicium *Dei adverſus* gentes] Editi, pro vocibus his omnibus, duntaxat habent *ad expugnandam delendamque ſanctorum gentem*. Hiatum tamen acutè vidit *Iſæus*, & ex lib. VII. Div. Inſt. cap. 26. ſupplere conatus eſt. Sed ipſiſſima *Lactantii* verba dedit *Taurin.*

2. *Tunc* fiet] Sic *Taurin.* Alii, *fient.*

3. Scindentur *montes & ſubſident valles in altitudinem profundam*] Vulgg. ſcindent ſe *montes & ſubſident in latitudine vallis profunda.* Corruptiſſime. Ad veram lectionem proxime accedit MS. *Taurin.* nec ille tamen omni caret labe; reſcribendum enim *ſcindentur Syriæ montes*, *& ſubſident* VALLES *in altitudinem profundam.* Audiamus *Lactantium* noſtrum Div. Inſt. lib. VII. cap. XXVI, 2. *A motu ejus* (terræ) SCINDENTUR *montes* SYRIÆ, *& ſubſident* COLLES *in abruptum.* Legendum

Digitized by Google

fiet terræ motus, & [3] ſcindentur montes, & ſubſident valles in altitudinem profundam; & [4] congerentur in eam corpora mortuorum, & vocabitur nomen ejus Polyandrium. Poſt hæc renovabit Deus mundum, & transformabit juſtos [5] in figuras Angelorum; ut [6] immortali veſte donati, ſerviant Deo in ſempiternum. [7] Et hoc erit regnum Dei, quod finem non habebit. Tunc & impii reſurgent, non ad vitam, ſed ad pœnam. [8] Eos quoque, ſecundâ reſurrectione factâ, Deus exci-

gendum VALLES, ut ex hac Epitoma liquet. Vide nos ad *Minucii Felicis* cap. XVII. Jam patet, cur legam *Syria montes*; & in editis Codicibus hujuſce ſcripturæ clarum non deeſt veſtigium. *Altitudinem* verò *profundam* pariter dixêrunt *Arnobius* lib. V. pag. 173. & noſter Div. Inſt. lib. VI. cap. 4.

4. *Congerentur in* eam &c.] Sic melius *Taurin.* quàm *in ea* vulgati. De *Polyandrio* vide *Suidam* & *Gev. Elmenhorſtium* ad *Arnobii* lib. VI. pag. 194.

5. *In* figuras *Angelorum*] Editi *figuram*.

6. Immortali *veſte*] Ita *Taurin.* Alii *immortalitatis veſte.* Melius. Sic *indumentum immortalitatis* habet *Cyprianus* de Bono Pat. p. 213.

7. *Et hoc erit regnum Dei, quod finem non habebit*] Hanc φῶραν optimo illi *Taurin.* acceptam referimus; ejus enim in vulgg. nec vola nec veſtigium.

8. *Eos quoque ſecunda reſurrectione factâ*] Sic *Bonon.* & *Taurin.* ac ex iis recentiores editi. Malim tamen *eoſque*, quemadmodum dant impreſſi veteres; ad eandem enim rem ſpectant hæc & priora. Nimirum nugivenduli Chiliaſtæ duplicem ſomniabant reſurrectionem; unam

excitabit, ut ad perpetua tormenta damnati, & æternis ignibus traditi, [1] merita pro ſceleribus ſuis ſupplicia perſolvant.

CAPUT LXXV.

QUARE quum hæc omnia vera & certa ſint, Prophetarum omnium [2] conſonanti adnuntiatione prædicta, quum eadem Triſmegiſtus, [3] eadem Hyſtaſpes, eadem Sibyllæ cecinerint, dubitari non poteſt, quin ſpes omnis vitæ ac ſalu-

nam juſtorum ad percipienda millenarii regni gaudia; de quâ noſter Inſtit. Div. lib. VII. cap. 24. alteram verò juſtorum, & impiorum, quam *publicam omnium reſurrectionem* vocat ejuſdem libri cap. 26. Vide ſis, inter alios, *Commodianum* Inſtruct. XLIV, & XLV.

1. *Merita pro ſceleribus ſuis* ſupplicia perſolvant] Vulgg. *merita pro ſceleribus ſuis ſolvant.* Adeò ut defuerit vox, quam ſupplevit MS. *Taurin.* Ex eo etiam & *Bonon.* verbum *compoſitum* pro *ſimplice* dedimus.

2. Conſonanti *adnunciatione*] Vel *conſona adnunciatione*, quod ex *Bonon.* poſt *Iſaum* dant recentiores.

3. *Eadem* Hyſtaſpes] *Cellario* & *Pfaffio* eſt *Hydaſpes*. At veram lectionem prodit *Taurin.* quam & alii conjecturâ jam fuerant adſecuti. Vide noſtrum lib. VII. Div. Inſt. capp. 15, 18. *Juſtini* Martyris & aliorum teſtimonia congeſſit *Theod. Canterus* Var. Lect. lib. II. cap. 19.

4. Chriſtum *ſuſceperit*] Primam vocem, quæ deerat in editis, opportunè ſuppe-

ſalutis in ſola Dei religione ſit poſita. Itaque niſi homo [4] Chriſtum ſuſceperit, quem Deus ad liberationem miſit atque miſſurus eſt; [5] niſi ſummum Deum Chriſtum cognoverit; niſi mandata ejus legemque ſervaverit, in eas incidet pœnas, de quibus locuti ſumus. Proinde fragilia contemnenda ſunt, ut ſolida conſequamur; ſpernenda terrena, [6] ut cœleſtibus honoremur; temporalia fugienda, ut [7] ad æterna fugiamus. Erudiat ſe quiſque ad juſtitiam, reformet ad continentiam, præparet ad agonem, inſtruat ad virtutem, ut

ſuppeditavit MS. *Taurin.*

5. *Niſi ſummum Deum* Chriſtum *cognoverit*] Chriſtum vix *ſummum Deum* vocaret noſter; is enim à rectâ fide tantum aberat, ut, quum reliquos Patres Ante-Nicænos tuendos ſuſceperit Cl. *Georg. Bullus*, *Lactantio* ſe patronum noluerit præſtare. Vide Defenſ. Fid. Nic. Sect. II. & III. Quid igitur? Niſi locum datâ operâ corruperit Librarius Orthodoxus, excidit *præpoſitio*, legendumque *niſi ſummum Deum* PER Chriſtum *cognoverit*; vel, ut *Bonon.* & alii Codices, *niſi ſummum Deum* per eum *cognoverit*. Aut hoc aut illo modo reſcribas neceſſe eſt.

6. *Ut cœleſtibus* honoremur] Sic omninò legendum cum *Taurin.* Vulgg. *oneremur*, quæ ſcriptura ſuam ſatis prodit abſurditatem. *Præmiis cœleſtibus honorari* dixit etiam *Cyprianus* de Mortal. p. 163. ac de Op. & Eleëm. p. 297. Vide & de Bon. Pat. pag. 220. 227.

7. *Ad æterna* fugiamus] Malim *ad æterna veniamus*, quod alii Codices exhibent.

8. Reformet *ad continentiam*] Vulg. *firmet*. *Bonon.* verò, *formet ad continentiam*. Puto reſcribendum, ſe

ut, ſi forte adverſarius indixerit bellum, nullâ vi, nullo terrore, nullis cruciatibus [1] à recto & bono depellatur; non ſe ſubſternat inſenſibilibus figmentis, ſed verum & ſolum Deum rectus agnoſcat; abjiciat voluptates, quarum illecebris anima ſublimis deprimitur ad terram; teneat innocentiam; proſit quamplurimis; incorruptibiles ſibi theſauros [2] bonis operibus acquirat, ut poſſit, Deo judice, pro virtutis ſuæ meritis, [3] vel coronam fidei,

SE FORMET *ad continentiam* quod ad MSti *Taurin.* accedit lectionem. Sic *formare ſe ad verecundiam* dixit *Lactantius* noſter Div. Inſtit. lib. VI. cap. XXIII, 21. Vide & lib. IV. cap. XXIV, 1. cap. XXVI, 25. ac *Cyprianum* de zelo & livor. p. 226.

1. *A recto & bono* depellatur] Vulgg. *divellatur*; ſed MSti *Taurin.* lectionem lubens amplector.

2. *Bonis operibus* acquirat, *ut poſſit — adipiſci*] Mirè quidem ſcripſit noſter, ſi hoc modo ſcripſerit. *Acquirat ut poſſit adipiſci*, quid aliud eſt quàm *acquirat, ut poſſit acquirere*, vel *adipiſcatur, ut poſſit adipiſci?* Minima mutatione reſcribendum puto, *Incorruptibiles ſibi theſauros bonis operibus* ANQUIRAT, hoc eſt, diligenter & ſummo ſtudio quærat. Certè tum demum rectè procedet oratio. *Anquirendi* verbo uſi ſunt *Cicero, Livius*, & optimi quique Scriptores.

3. *Vel coronam fidei, vel præmium immortalitatis adipiſci*] Quamvis, ut loquitur *Cyprianus* de zelo & livor. p. 227. *non Chriſtiani hominis corona una eſt, quæ tempore perſecutionis accipitur: ſed habet & pax coronas ſuas, quibus de varia & multiplici congreſſione victores, proſtrato & ſubacto adverſario coronamur*; tamen, ſicut *laus eſt*

fidei, vel præmium immortalitatis adipiſci.

eſt fidei, fiduciâ futurorum mundi adverſa tolerare; fidei coronæ martyres & confeſſores ſpectat; *immortalitatis* verò *præmium* eos, qui in aliarum virtutum ſtadio ad finem uſque cucurrêrunt. Idem Epiſt. LVIII. *Quando perſecutiones fiunt, tunc dantur* coronæ fidei. Et Epiſt. LX. de Novatianis pag. 143. *Cum conſtet, ſi occiſi ejuſmodi extra Eccleſiam fuerint,* FIDEI CORONAM *non eſſe, ſed pœnam potius eſſe perfidiæ.* Sic alibi paſſim. Vide de Unit. Eccleſ. pag. 114. & Epiſt. X. pag. 21. Huc pertinet etiam locus ex libro de Bon. Pat. pag. 210. quem, quia corruptus eſt, ut emendetur, adducam. *Nec invenio,* inquit, *fratres dilectiſſimi, inter ceteras cœleſtis diſciplinæ vias, quibus, ad conſequenda divinitus præmia, ſpei ac fidei* noſtræ *ſecta dirigitur, quid magis ſit* &c. Leg. *quibus, ad conſequenda divinitus præmia ſpei ac fidei, noſtra ſecta dirigitur.* Simili modo *ſectam noſtram* dixerunt *Cyprianus* cum alibi, tum Epiſt. XXVII. *Tertullianus, Minucius Felix,* & alii.

FINIS.

Digitized by Google

ADDENDA vel EMENDANDA

In Notis ad Epitomen

LACTANTII FIRMIANI.

Pag. 5. *Sibi quiſque pro moribus conſulat*] Omninò legendum, *pro* viribus *conſulat*. Hujuſce generis argutias videas licet apud *Minucium Felicem* Octav. cap. XVIII. *Cyprianum* de Idol. Van. pag. 14. & *noſtrum* de Ira Dei cap. XI, 4.

Ibid. ad finem notæ 5. *add.* De re ipſa vide *Arnobium* lib. II. pag. 89. & lib. III. pag. 111, 112.

Pag. 10. col. 2. lin. 7. dele *at majeſtatem — loquendi ratio*; & eorum loco *repone:* Similiter *Cyprianus* Epiſt. LVIII. pag. 123. *In aſſerendum Dei ſui honorem plena fidei libertate prorupit.* Iterum Epiſt. LIX. pag. 135. *Labor major incumbit in aſſerenda & procuranda Dei majeſtate.* Licet ergo vetuſtiores potius dicerent, *majeſtatem Dei ſingularis infinitis efferens laudibus*; in noſtro tamen nihil eſt mutandum; haud enim diſpari ratione locutus eſt infra cap. LV. pag. 158.

Pag. 13. col. 1. lin. 7. pro Ἀυτοφυῆ, leg. Ἀυτογενῆ. Vide lib. I. Div. Inſt. cap. VII, 13.

Pag. 17. ad finem notæ 5. *add.* Simili ratione *muliebris patientia ſcortum* dixit *Cicero.* Noſter infra cap. X. Jupiter Ganymedem *ad fœmineos uſus violenter abripuit.* Sic Proſumnus Baccho *Acheruſios aditus ſe indicaturum pollicebatur, ſi ſibi morem gereret Deus, atque* UXORIAS *voluptates pateretur ex ſe carpi*, ut ait *Arnobius* lib. V. pag. 177.

Pag. 23. Dele notas 4, & 5, ac earum loco repone: *Aliquid tale numinis adderent iis, quos Deos eſſe dicebant, ſicut etiam de regnis*] *Huic loco* tale *non convenit*; quapropter vel ea vox eſt delenda, vel potius legendum, *aliquid* tamen *numinis adderent iis, quos Deos eſſe dicebant: ſicut etiam de regnis*;

regnis; cum enim &c. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. I. cap. XI, 30

Pag. 26. *Cur ita* tradi- tur] Lege *tradatur*, uti quidem poſtulat Latinitas.

Pag 34. col. 2. lin. 25. poſt *potuit Naſo*, addatur: Cum eo certè facit *Arnobius* lib. II. pag. 91. *Ante adventum*, inquit, *in Italiam Herculis, cùm ex* Apollinis *monitu patri Diti ac Saturno humanis capitibus immolaretur.*

Pag. 39. col. 2. lin. 8. poſt *Veſta vocatur*, adde: Nihilo tamen minus terram quidam è Gentilibus *Matrem eſſe dixerunt magnam: eandem hanc aliquot Cererem eſſe pronunciant: nonnulli autem* vestam, ut monet *Arnobius* lib. III. pag. 119. Sic etiam Scriptores Græci, quemadmodum docet vir doctiſſimus *Th. Stanleius* ad *Æſchyli* Prom. Vinct. vſ. 210.

Pag. 42. ad finem notæ 1. *adde:* Sin autem nec hæc arrideat conjectura, reſcribas velim, *nam & violati, & furto ſublati* ſunt, *niſi illa & lex ſepiat, & humana cuſtodia.* Et hanc ſanè rationem cæteris præſtare crediderim, quòd eam firmare videatur ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. II. c. IV, 5.

Pag. 44. *Quoties fabrefacta ſigna laudamus, vivere illa, & ſpirare dicimus*] *Virgilius* Æn. VI, 847.

Excudent alii ſpirantia *mollius æra,*
Credo equidem; vivos *ducent de marmore vultus.*

Similiter *ſpirantia ſigna* dixit *Arnobius* lib. VI. p. 202.

Pag. 60. Ad finem notæ 3. *add.* Fieri tamen poteſt, ut non id reſpexerit modo, quod in hac Epitomâ poſuerat, ſed alios etiam libros à ſe ſcriptos in animo habuerit. Ac tum demum nihil mutandum. Vide de Ira Dei cap. XIII, 13. ſeqq. & cap. XV, 2.

Pag. 64. *Omni* autem *ſtudio ſubjacet finis*] Legendum videtur, *omni* enim *ſtudio ſubjacet finis*, id quod ſuadet orationis contextus. Quin & cap. xxxi. p. 65. reſcripſerim *qui* enim *ſcit illa*, non *autem*, ut MS.

Pag. 65. col. 2. lin. 2. *Scribe verò*, ſapientia ſit, *ob Latinitatem*, deleantur; proque verbis illis reponendum: Locus autem ſic eſt diſtinguendus; *Videamus an rectè. Sapientia eſt* &c. Aliter enim & in Latinitatem & in ſenſum peccatur.

Pag. 72. lin. penult. col. 1. deleantur *ex MS. Elienſ. — contraria*; quorum in ſe-

Digitized by Google

dem hæc ſuccedant: MS. *Elienſ.* exhibet, *quæ* naturæ convenirent, eligentem *ea, quæ eſſent ſecundum naturam,* rejicientemque *contraria.* In eo quidem benè, quod *eligentem, rejicientemque* ſubminiſtret; ſed nihil ulterius eſt mutandum: ſiquidem τὰ φύσει vel κατὰ φύσιν συμβαίνοντα dixerint Stoici. Hoc modo corrigendum fuiſſe *Tullium* vidit olim *H. Stephanus* Schediaſm. lib. I. cap. 10. ſed eum memorare, multo magis audire, neglexerunt editores. Vide lib. III. Fin. c. 9. & lib. IV. c. 6.

PAG. 76. *Efficere* aut *procreare*] Potius legerim *efficere* & *procreare.*

PAG. 83. *Quid ſupereſt, niſi merces*] Leg. *quid ſupereſt, niſi* UT *merces ejus immortalitas ſola ſit.* Voculam prætermiſit Librarii negligentia.

PAG. 98. *Cynici exemplum verecundiæ præbere potuerunt, qui palam cum conjugibus ſuis cubitavêrunt*] Totum locum ſic legas & interpungas velim: *Sed forſitan iidem Cynici exemplum verecundiæ præbere potuerunt.* ATQUI *palam cum conjugibus ſuis cubitavêrunt.* Sic ſenſus evadit commodus, & oratio, concinna.

PAG. 113. col. 1. lin. 3. *add.* & *Arnobium* lib. VI. pag. 201.

PAG. 115. col. 2. ad fin. notæ 3. *add.* ut habet Epiſcopus Carthaginienſis adv. Judæos lib. 1. cap. 9. vel *in uterum accipiet,* quemadmodum reddit idem Ep. X.

PAG. 126. ad notæ 1. fin. adde: Similiter SE Epiſcopo Carthaginienſi Epiſt. XIII. reſtitui jubent Codices MSSti; nam eo carent editi.

PAG. 142. ad finem notæ 1. *adde:* Pariter *Baptiſmo Eccleſiaſtico majeſtatem ſuam & ſanctitatem* DEROGARI ait *Cyprianus* Epiſt. LXIX.

PAG 148. dele not. 2. & pro eâ hanc repone: *Quamvis omnia pati meruerint, qui facere voluêrunt,* UT *inter mucrones locum pietas haberet*] Itane vero? Immo laudem meriti ſunt, *qui facere voluêrunt, ut inter mucrones locum pietas haberet.* Forſan igitur aliquis reſcribendum cenſeat, NE *inter mucrones locum pietas haberet;* & ea ſanè legendi ratio ſenſum parit commodum. MS. exhibet, ET *inter mucrones.* Totum locum ſic optimè refinges: *Quorum,* (hoſtium) *cum bello victi fuerint, aut mors aut ſervitus pœna eſt, nec ullis*

Digitized by Google

ullis poſt arma depoſita cruciatus, (quamvis omnia pati meruerint, qui facere voluerunt) ET *inter mucrones locum pietas* HABET. Rem ita ſe habere præſtat ipſe *Lactantius* Div. Inſt. lib. V. cap. IX, 3.

PAG. 150. ad finem notæ 1. *adde*: & *Cyprianum* ad Demetr. pag. 191.

PAG. 154. *Agentes non* voluntatis, *quam non habuerunt, ſed* neceſſitatis, *quam pertulerunt, pœnitentiam*] Sic loqui ſolent veteres. *Cyprianus* Epiſt. LV. pag. 113. *Pejor ſit mœchi, quàm libellatici cauſſa, cum hic* neceſſitate, *ille* voluntate *peccaverit*. Et Epiſt. LVI. pag. 115. *Nec tamen poſt hunc gravem lapſum non* voluntate, *ſed* neceſſitate *ſuſceptum, à pœnitentiâ agenda per hoc triennium deſtitiſſe*. Ita & *Firmilianus* Epiſt. LXXV. pag. 227. Adi ſis etiam librum de Unit. Eccleſ. pag. 117. ac *Lactantium* Div. Inſt. lib. IV. cap. XXVI, 9.

PAG. 157. ad finem notæ 5. *add*. Vide ſis *Arnobium* lib. V. pag. 152. & lib. VII. pag. 239.

PAG. 186. ad fin. notæ 4. *add*. Hinc *libidinem pudoris ac famæ debellatricem* vocat noſter lib. I. Div. Inſt. cap. IX, 5.

PAG. 192. *Quatenus homicidium ſine bello* ac ſine legibus *faciat*] Si noſter hæc ſcripſit poſt edictum à Conſtantio Beryti datum, locus non eſt ſollicitandus; licet enim *cruenta ſpectacula*, ſaltem in Oriente, prohibuerit Imperator ille maximus, populus tamen crudelis illius conſuetudinis tenax erat, &, imperante tandem Honorio, munera prorſus ſunt ſublata. Vide *J. Gothofredum* ad Cod. *Theodoſ.* l. XV. Tit. XII. leg. 1.

PAG. 193. *Non minus cruore* profunditur] Sic *Taurin.* at verò legendum *perfunditur*, ut habent alii Codices.

PAG. 195. *Cujus merces* immortalis *eſt*] Malim *immortalitas eſt*. Ita certè loquitur noſter, cùm alibi, tum de Ira Dei cap. XXIII, 23. & Epitomes hujuſce cap. XXXV.

PAG. 203. ad finem notæ 5. adde: De hac *ſperandi* ſignificatione multos veterum locos indicavit *Frid. Lindenbrogius* ad *Ammiani Marcellini* lib. XIV. cap. VII. pag. 36.

PAG. 207. ad finem notæ 4. add. Similiter de Ira Dei cap. XXIII, 21. ubi vulgg. ferunt *ab innocentia & pietate* diſcedere; reponendum *deſciſcere*, præſtantiſſimorum Codicum fide.

INDEX
RERUM & VERBORUM.
Numerus paginas denotat.

A.

ABERRARE à ratione 76
Abuti, uti 183
Academici 68
Acceptabile ſacrificium 151
Adſerere Dei Majeſtatem laudibus 10. ſumma laude virtutem 158
Ægyptus 111
Ægyptii omnes beſtias colunt 157
Æſculapius fulmine percuſſus & Cynoſuris ſepultus 17
Æſtimare, exiſtimare 166
Affectus per ſe non mali, adeoque nec detrahendi nec minuendi 182 ſeqq.
Agellius laudatus 47
Agere vitam deteſtabilem 188
Alterna æſtatis & hiemis 46
Altitudo profunda 251
Amalthea 37
Anaxagoras nivem nigram dixit 96. omnia tenebris circumfuſa 101
Anaximenes 9
Androgynus de ſtupro Veneris genitus 18
Angeli ſe cum mulieribus inquinârunt 50. Dæmones à Poëtis vocantur 51. Aſtrologiæ, Magiæ, Idololatriæ auctores 52, 53. de Dei ſpiritibus nati 105
Animæ immortalitas 166. argumentis demonſtratur 231. ſeqq. Eam Democritus, Epicurus & Dicæarchus ſoli negâverunt 87, 236
Antichriſti adventus, miracula, mors 244. ſeqq.
Antipodes 96
Antiſthenes 9
Ἄνθρωπος unde dictus 43
Apollo 17. Apollinis Mileſii reſponſa 236
Aquila Catamitum rapiens, quid 22
Ariadne 18
Ariſtippus 70, 98
Ariſtoteles unam mentem, quæ

quæ mundo præſideat, confitetur 8. Honeſtatem cum virtute ſummum bonum putavit 76. juſtitiam vehementer laudavit 158
Armare in cædem 49
Artes cur diſcantur 77
Aucupari utilitates 159

B.

Baruchi liber ſub Jeremiæ nomine laudatus 116
Bellonæ ſacra 35
Belus Saturni fuit æqualis 40
Beneficium an ex animo recipientis debeat ponderari 152. an in ingratum queat conferri *ibid.*
Bonum ſine malo eſſe non poteſt 56, ſeqq. Bonum ſummum quale eſſe debeat 70
Bonum & malum neſcire, locutio proverbialis 165
Breviare, 2, 12

C.

Caca Dea 30
Callipho 74
Captivos redimere magnum miſericordiæ opus 204
Carneades 159, 161
Carthaginienſes Saturno ducentos nobilium filios immolârunt 35
Caſtor & Pollux 18
Catamitus pro Ganymede 22
Cato 98
Ceres 19. ejus ſacra luctuoſa 36
Chiron Æſculapii magiſter 17
Chriſti nativitas ante mundum factum 104. Chriſtus in prima nativitate ex ſolo Deo ſpiritus ſanctus factus eſt 114. Is & pater unum ſunt, quia in patre & filio ſubſtantia, voluntas & fides una eſt 140. Chriſtus Majeſtati ac virtuti patriæ reſpondet, & ex omnibus Angelis ſolus in conſortium ſummæ poteſtatis adſcitus 105. Hujus nomen nulli notum niſi ipſi & Patri. 108
Chriſtum cur Pater juſſerit in terram deſcendere 113, ſeqq.
Chriſti de morte Prophetarum teſtimonia 125, ſeqq. Eam Solomon in ſapientia prædixit 120. Cur Chriſtus incorporatus 141 ſeqq. Cur ejus mors infamis 143
Chriſtus bis natus 110. Ejus miracula 118
Chriſti reſurrectio 132. exaltatio 136
Chriſti deſcenſus in virtute magna, judicium de vivis & mor-

& mortuis, ac regnum mille annorum in terris 245 ſeqq.
Chriſtiani velut hoſtes publici vexantur 147, 148
Chriſtianos qui perſecuti ſunt, miſerabiles exitus 150
Chryſippus 9, 56, 57, 98
Cicero, vid. *Tullius*
Cimmeria Sibylla 11
Circumfundere Paradiſum vallo 48
Cleanthes 9, 98
Cloacina Dea, à Tatio conſecrata 28
Cœlus 27
Cogere, vehementer ſuadere 181
Commune, come 79, 202
Comœdia de ſtupris & amoribus loquitur 193
Corona fidei, quibus debeatur 255
Corpus, Dei templum 212
Coryoantes 38
Creta 18, 25, 26
Cruciare, cruci ſuffigere 131, 136
Crucis ſacramentum 143. ejus ſigno Dæmones fugantur 145. Cruci cur Chriſtus affixus 143, 144
Cumææ Sibyllæ libri 11
Cumæa Sibylla & *Cumana*, eadem 12
Cunina Dea 30
Cupiditas cur data 184, 185
Cybele cur Gallis Sacerdotibus gaudeat 18, 19. ejus ſacra 35
Cynici palam cum uxoribus cubitabant 97
Cynocephalus 36
Cyprus 19
Cyrenaïca ſecta ab Ariſtippo condita 70

D.

Δαιμονιάρχης à principio factus 55
Dæmones ſortes & oracula invenêrunt 53. interdum in Sacrilegos edunt aliquid ultionis 54
Danäe 22
Daniel propheta 134
David 126, 127, 133, 135. Trojana tempora CLXXX annis anteceſſit 108
Declinare à ratione 78
Democritus 96, 98, 101, 236
Deſcendere ad ſententiam per gradus 230
Deus ſine nomine 10. Unus neceſſario admittendus 4, ſeqq.
Deo ſingulari teſtimonium dant Poëtæ, Philoſophi, & vates 7
Dei providentia ex mundi diſpoſitione elucet 3. contra Epicurum demonſtratur 87
Dei ignoratio omnia ſcelera peperit 176 ſeqq.
Dei filius 104. bis natus 110. cur Salvator & Chriſtus vocatus

Digitized by Google

vocatus 108, 109. cur humanum corpus induerit 113, 118, 141 ſeqq. Deus fuit & homo 116, 117
Deorum nomen vivis hominibus tributum 14
Deſperati dicebantur Chriſtiani 156
Diabolus, quid 48
Dicæarchus 236
Dicati Deo 244
Didymus 38
Dii Ethnici munia habent diverſa 6. Reges fuêrunt ob beneficia conſecrati 14. geniti ſunt & genuerunt 14
Dii à ſenatu inſtituti 29
Dinomachus 74
Diodorus 71
Diogenes 97
Dionyſii Halicarnaſſenſis verba Nicolao Damaſceno tribuuntur 29
Dionyſius Siciliæ Tyrannus Deos irriſit & ſpoliavit 42

E.

Eccleſiaſticus Solomoni tributus 107
Elyſium 175
Empedocles 98, 101
Ennius Euhemeri hiſtoriam vertit 25
Epicurus animi aſſeruit voluptatem 73. ſtatuit nullam eſſe providentiam 85. animam extinguibilem facit 86, 236. ſine artifice mundum fieri ſtatuit, ac ſine rectore conſtare 3
Epidaurus 17
Erichthonius 19
Erythræa Sibylla Troici belli temporibus fuit 12
Eſaias 115, 116, 117, 138
Eſdras 136
Eſſe in poteſtatem 75
Ethica 77, 84
Euhemerus Meſſenius 25, 27, 39
Euphorbus poſtea Pythagoras 88
Europa Tauro tranſvecta quid denotet 22
Exuviæ corporis 132

F.

Fatua Fauna ſoror & conjux Fauni 31
Faula meretrix 28
Faunus 31
Fauſtuli conjux, Romuli Remique nutrix 27. Lupa appellata ob impudicitiam 28. Ejus honori Larentinalia dicata 28
Febris Dea apud Romanos 30
Fides 206
Flora meretrix 28. In ejus honorem Floralia, *ibid.*
Formare ſe ad continentiam 253
Fornax, cui Fornacalia ſacra 30

G.

Generandi verbum quam latè pateat 217, 218
Genii 51
Gnoſſus oppidum Cretæ 26

H.

Hebræos penes ſolos religio Dei manſit 111
Hercules, à quo MD circiter annos computat Lactantius, ex adulterio genitus eſt, nec feminis nec maribus abſtinuit 15. Uxorem trucidavit & ſe vivum cremavit *16*. Ejus ſacra 37
Herillus Pyrrhonius 76
Hermes 105, 108. apud Ægyptios Deus habitus 9. Doctrina & vetuſtate philoſophos anteceſſit, *Ibid.* Ejus de Deo ſententia 10. Vid. *Triſmegiſtus*
Herodes 124
Heſiodus 51
Hieroſolyma à Veſpaſiano everſa 130
Hippolytus *Virbius* vocatus 19, 20
Hiſtriones libidinem docent 194
Homerus 18
Homicidii crimine tenetur, qui ſe interficit 98, 99
Homo peccando ſcientiam boni & mali accepit 47. E paradiſo uſque ad diem judicii ejectus 48. Ejus vita ante diluvium annorum M. poſt diluvium CXX. *Ibid.* Homo ad juſtitiam naſcitur 79, 81. Solus Deum intelligit 80, 103
Honor & virtus à Romanis coluntur 29
Hyſtaſpes 253

I.

Japetus, Promethei pater 44
Jeremias 116, 117, 129, 139
Imber aureus, *quid* 22
Immortalitas hominis ſummum bonum 83
Importunitas pro infelicitate 59
Inaurire 119
Incidere laqueos 47. *in errorem* 40
Incorporatus 143
Inducere in Latio 31
Inerrabiles curſus 45
Infundere virus pectoribus 49
Injuriâ ſua, ſibi illata 37
Inſcribere gemitus in flore 17
Inſerere virtutes 182
Inſenſibilia 42, 44, 61, 168
Inſenſilia 112
Inutilia, noxia 86
Io 23
Ira cur data 184. quando cohibenda 186

Iſis

Digitized by Google

Iſis 23, 36
Judæi 112, 124, 130, 140
Judæorum principes ac Sacerdotes 120
Jupiter cur Cœli regnum tenere dicatur 23. ſibi ipſe fana poſuit 39. Ejus libidines 20. Quare in una Thetide abſtinentior 21. Ejus ſepulchrum in Creta 25
Jovi Piſtori templum & aram poſuere Romani 28, 29
Jupiter Capitolinus 30. Creticus 37. Cyprius 33
Jupiter Latiaris humano ſanguine placatus 34
Juſtitia malè à Platone & Ariſtotele definita 158. ſeqq. fugata ex quo Dii colebantur 177. Eam neſcierunt philoſophi 160. Contra eam Carneadis diſputatio 161 ſeqq.
Juſtitia imaginem habet ſtultitiæ 164. Ejus officia 80, 175, 176, 180, 201
Juſtus quæ non faciet 196. ſeqq. quæ faciet 201. ſeqq. ex omni parte nemo 213, 214

L.

Lamiæ 32
Latona 19
Lampſaceni aſellum Priapo mactant 37
Larentinalia 28
Liber pater 18
Libido cur hominibus inſita 185. Intra quos terminos coercenda 186
Libidinis nimiæ mala 187
Lindos oppidum Rhodi 37
Litabilior victima 204
Logica 83, 84
Lucilius laudatus 31, 32
Lucretius 41
Lumen probationum 2

M.

Malachias 137
Malum cur Deus patiatur 56
Maronis de Deo ſententia 7, 8
Mars 17
Martyrii gloria 208
Matris magnæ & Bellonæ Antiſtites ſuo ſanguine litant 35
Manu parere 239
Meliſſa 39
Meliſſeus primus Diis ſacrificavit 39
Mens colitur à Romanis 29
Mentiri non licet 200
Mercurius 18
Mimi de Diis aguntur 157
Minerva & Diana non caſtæ 19
Miſericordia à Stoicis ſublata 93
Miſericordiæ affectus cur homini datus 201, ſeqq.

Mora-

Moralis Philoſophia 69
Mors pro Deo non timidè ſuſcipienda 208
Moyſes 117, 127, 128. cur dictus Prophetarum primus 111
Mundus à Deo propter hominem factus 228. de cauſa creationis mundi, ſententia Platonis 220, ſeqq. Ejus duratio per annos VI. M. 238
Mundi finis in proximo 237. Ejus ſub finem quæ eventura 239
Mundus aliquando innovandus 237, 251
Munera ſuperabundantia à pauperibus non accipienda 198
Munire conſcientiam 178
Muta Dea 30

N.

Neptunus cur mare ſortitus eſſe cenſeatur 24
Neptuno ludi Circenſes dicati 192
Non mortalitas pro immortalitate 83
Numa 31

O.

Obducere tenebras 55
Orphei de Deo ſententia 7
Oſee 133
Oſiris 36
Ovidius inſtructum à Deo mundum fuiſſe non ignoravit 8

P.

Paradiſus 47, 48
Pavor & Pallor apud Romanos Dii habiti 29
Penates 51
Pentadius an Lactantii frater germanus 1
Peripatetici 74, 182.
Philoſophia inutilis 84
Phyſice 69, 84
Pietas pro miſericordia 94
Pietas & *poteſtas* à Librariis confuſæ 230
Pilatus an legatus in Syria 123
Plato 8, 60, 91, 101, 158, 221. Deum ignoravit 92. de primo & ſecundo Deo ut vates locutus 106. animarum æternitatem & tranſmigrationem tenuit 225, 226. de Dei cultu obticuit 229
Platonis decreta quædam vituperata 92, 93. ejus ſententia de mundi origine & mali natura 220 ſeqq.
Pluto cur inferos dicatur ſortitus 24
Pœnarum æternitas 168, 175
Pœnitentia 212 ſeqq.
Poëtæ non omnia confingunt 23
Prætendere excuſationem 143

Priapus 37
Prodere vitam 163
Prometheus primus ſimulacra fabricatus eſt 44
Prophetæ 112
Præſecare 34, 90
Proſerpina 36
Providentia 3
Proximum & familiare 235
Puniri active 42
Pythagoras 9, 87

R.

Regnum juſtorum in terris per annos M. 248
Religio debet eſſe libera 153, 154
Reprobare Chriſtum 137
Reſurrectio ſecunda 251
Romulus & Remus 27
Rubigo Dea apud Romanos 30

S.

Sabbatum 123
Sacramenta caſti cubilis 209
Sacrificium Dei 169
Sacrificium incorporale Deo neceſſarium 171. verum, in quo poſitum 170, 172, 204. ad ſacrificia invitos adigere, ineptum 151, 152
Sacrificia, in quibus homo eſt hoſtia 33, ſeqq.
Salomon 107, 115, 134. Ejus Pſalterium 114, 115. Ei tributus ſapientiæ liber 120
Sapientia vera quæ 102
Satisfacientibus venia non denegatur 154
Saturnus 26. Saturno cruenta ſacra 31. ei ex reſponſo Apollinis homines immolati 34. Eo regnante nulli Dii colebantur 43. Ejus feſta ſunt munerum editiones 191
Scena Liberi patris eſt 192
Seneca 9
Serpens unus ex Dei miniſtris 47
Sexus cur diverſi 13
Sibyllæ decem 11. Earum carmina 236. quid in iis de Deo definitum 12
Socrates 51, 66, 88, 101. Scientiam ſuſtulit 64. Æſculapio voverat Gallum 90. per anſerem canemque cur jurarit *ibid.*
Spectacula vitanda 191 ſeqq.
Stoici 75, 182. Univerſa cœleſtia in Deorum numero habent 45
Subjugare ſe terrenis 41, 61
Subſtantia in nulla ſunt 30
Subſternere ſe terrenis 43
Subſtringere diffuſa 2
Suicidium illicitum 99
Summæ totius gubernator 9

T.

Tarquitius 17
Taurus Europam vehens, quid 22

Tauri

Tauri Dianæ hoſpites immolabant 33
Tellus Dea 39
Terminus Deus 30
Thales 9
Thallus 40
Theodorus Atheus 221.
Tragœdia de inceſtis & parricidiis fabulatur 193
Tranſcendere Dei mandatum 47
Triſmegiſtus 106, 1c8, 243. 252. Vid. *Hermes.*
Tullius 9, 32, 79, 91. Et philoſophus & Sacerdos 33
Tullius Hoſtilius 29

V.

Varro 11
Venus 14. Cypri regina artem meretriciam repererit 19
Veneri Calvæ aram & templum poſuêre Romani 28
Veritatem philoſophi non invenêrunt 102
Veſpaſianus 130
Veſta dicitur Tellus 39
Vitæ humanæ duæ viæ 173
Vivere & ſpirare dicimus ſigna fabrefacta 44
Voluntas & neceſſitas 154
Uranus Saturni pater 26
Uſura illicita 197

X.

Xeonphanes Lunam terra majorem eſſe & incoli putavit 96

Z.

Zacharias 128
Zeno 9, 66, 72, 93, 98. ſuſtulit opinationem 64. miſericordiam 93. paria eſſe peccata voluit 94.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
AUCTORUM
In Notis Emendatorum.

AGELLIUS ſuppletus & emendatus 56, ſeqq.
Apuleius emendatus 51, 106
Barnabæ Metaphraſtes emendatus 139, 169, 170
Cicero Acad. Quæſt. emendatus 69, 89, 90
De finibus 70, 71, 72, 74
Tuſcul. Diſput. 63, 76, 82
De nat. Deorum 231
De Officiis 77
De Legibus 139
Clementis Homil. emend. 210
Clemens Alex. emend. 66, 74
Cyprianus emend. 121, 133, 194, 255, 258
Cyrillus emendatus 11
Hierocles emend. 172, 173, 196, 197, 213, 218
Julianus Orat. I. ſuppletus & emend. 182
Juſtinus M. notatus 110
emendatus 137
Lactantius emendatus in Inſt. Div. 10, 27, 32, 38, 73, 115, 117, 118, 121, 130, 156, 189, 198, 204, 206, 211, 232, 236, 242, 243, 244, 251.
Vindicatus 25, 106, 108, 123, 126, 129, 138, 205
De Ira Dei emendatus 229, 259
Lucas Act. Apoſt. emend. 171
Lucianus emendatus 66
Minucius Felix tentatus 156
Vindicatus 171
Ovidius vindicatus 34, 68

Paulus

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM.

Paulus I. Corinth. explicatus	50
Plato emendatus	99
Plutarchus notatus	71
Porphyrius de Abſtin. emend.	53, 54, 80, 183
Quinctilianus emend.	65, 131, 144
Seneca Phil. emendatus	95
Septuaginta Intt. emend.	118, 126, 129, 133
Severus (Corn.) emend.	107
Sextus Empir. emendatus	97

FINIS.

Digitized by Google

CATALOGUS LIBRORUM,
Sumptibus Impreſſorum CORNELII CROWNFIELD.

C. Julii Cæſaris quæ exſtant Omnia. Ex Recenſione *Joannis Daviſii*, cum ejuſdem Animadverſionibus ac Notis Pet. Ciacconii, Fr. Hotomanni, Joan. Brantii, Dionyſ. Voſſii & aliorum. Acceſſere Metaphraſis Græca Librorum VII. De Bello Gallico, nec non Indices neceſſarii. *Quarto* 1706.

M. Minucii Felicis Octavius, ex iterata Recenſione *Joannis Daviſii*, cum ejuſdem Animadverſionibus, ac Notis Integris Deſ. Heraldi & Nic. Rigaltii, nec non Selectis aliorum. Accedit Commodianus, Ævi Cyprianici Scriptor, cum Obſervationibus antehac Editis, aliiſque nonnullis, quæ jam primum prodeunt. *Octavo*, 1712.

M. Tullii Ciceronis de Natura Deorum libri Tres. Cum notis integris Paulli Manucii, Petri Victorii, Joachimi Camerarii, Dionyſ. Lambini, & Fulv. Urſini. Recenſuit, ſuiſque Animadverſionibus Illuſtravit ac Emaculavit *Joannes Daviſius*, L. L. D. Coll. Regin. Cantab. Magiſter, & Canonicus Elienſis. Accedunt Emendationes Cl. *Joannis Walkeri*, A. M. Coll. Trin. Socii.

Suidæ Lexicon, Græce & Latine. Textum Græcum cum Manuſcriptis Codicibus collatum a quamplurimis mendis purgavit, Notiſque perpetuis illuſtravit: Verſionem Latinam Æmilii Porti innumeris in locis correxit; Indiceſque Auctorum & Rerum adjecit *Ludolphus Kuſterus*, Profeſſor humaniorum literarum in Gymnaſio Regio Berolinenſi. 3. Vol. *Folio*, 1710.

C. Criſpi Salluſtii quæ extant; cum Notis Integris Glareani, Rivii, Ciacconii, Gruteri, Carrionis, Manutii, Putſchii, Douſæ; Selectis Caſtilionei, C. & A. Popmæ, Palmerii, Urſini, J. Fr. Gronovii, Victorii, &c. Accedunt Julius Exſuperantius, Porcius Latro: & Fragmenta Hiſtoricorum Vett. cum Notis A. Popmae. Recenſuit, Notas perpetuas, & Indices adjecit *Joſephus Waſſe*, Coll. Regin. apud Cantab. Socius; & Nobiliſſ. Marchioni de

Kent

Digitized by Google

Kent a Sacris Domeſticis. Præmittitur Salluſtii Vita Auctore V. Cl. *Joanne Clerico.* Quarto, 1710.

Bernardi Varenii Geographia Generalis, in qua affectiones generales Telluris explicantur. Adjecta eſt Appendix, præcipua Recentiorum inventa ad Geographiam ſpectantia continens. A *Jacobo Jurin*, A. M. Collegii S. Trinitatis Socio, & Scholæ Publicæ Novocaſtrenſis Archididaſcalo. *Octavo.* 1712.

Emendationes in Menandri & Philemonis Reliquias, ex nupera Editione *Joannis Clerici*: Ubi multa Grotii & aliorum, plurima vero Clerici errata caſtigantur. Auctore *Phileleuthero Lipſienſi.* Scriptae Anno MDCCX. Accedit Epiſtola Critica *Richardi Bentleii* de Joanne Malela Antiocheno; Scripta Anno MDCXCI. Editio Altera Emendatior. *Octavo*, 1713.

Q. Horatius Flaccus ad nuperam *Richardi Bentleii* Editionem accurate expreſſus. Notas addidit *Thomas Bentleius*, A. B. Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigienſes Alumnus. *Octavo*, 1713.

Θεοφράστου Χαρακτῆρες Ἠθικοί. Theophraſti Characteres Ethici. Græce & Latine. Cum Notis ac Emendationibus Iſaaci Caſauboni & Aliorum. Accedunt Jacobi Duporti Prælectiones jam primum Editæ. Græca cum vetuſtiſſimis MSS. collata recenſuit, & Notas adjecit *Pet. Needham*, S. T. B. Coll. Div. Johan. Cantab Socius. *Octavo*, 1713.

Αἱ τοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολαὶ Β'. Sancti *Clementis* Romani ad *Corinthios* Epiſtolæ duæ, Expreſſæ ad fidem MSti Cod. *Alexandrini* collati cum Editione *Junii* à *Millio* & *Grabio*; Illuſtratæ Notis *Junii* & *Cotelerii*, necnon *Johan. Boiſii* olim Canonici *Elienſis* non antehac editis. Cum MSto Cod. accurate de novo contulit, Notiſque eas illuſtravit, & Textum plurimis in locis emendavit; Præfationem etiam de Uſu Patrum præcipue Apoſtolicorum, ac Diſſertationes duas, alteram de *Divinitus inſtituto* Clero, de *Unitate Eccleſiæ* alteram, præmiſit *Henricus Wotton*, Coll. Sti Joh. Evan. A. M. &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google